ONALE
12
3 A
17
VITT. EMANUELE

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

14) – b - 10

46.
c
19.

46
c
14

Digitized by Google

Auctor est P. Julius Clemens Scotti S.J.
Placentinus, postea transfuga ad Venetos.

Digitized by Google

MONITA PHILOSOPHIÆ TYRONIBVS OPPORTVNA

Ferrarienſis Deformatorum Academiæ Magiſtratus Iuſſu Typis Vulgata.

FERRARIAE, 1636.

Apud Franciſcum Succium.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Eminentiſs. Cardinali

LAVRENTIO

MAGALOTTO

EPISCOPO FERRARIENSI

Academiæ Deformatorum

Magiſtratus F.

SOC. IESV * BIBL. ... IHS

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE ROMA

DVPLICI nomine libellus hic debetur tibi Eminentiſſime Princeps: nam te præſertim ſuauiſſimè impellente Societatis Ieſu Patres Philoſophicas, quas ante tradere cæperant diſciplinas, ſuum in Col-

legium denuò reuocarunt; quamobrem quæ hanc in Ciuitatem ex Ferrarienſium Adoleſcẽtum in hac Philoſophiæ palæſtra inſtitutione commoda deriuabunt, tibi potiſſimum iure ſanè optimo referre quiſq; debebit. Hùc accedit, quod tu ipſemet in Romano eiuſdem Societatis Collegio Rhetoricis, ac Philoſophicis cumulatiſſimè inſtructus, quibus ad Theologiam, cæteraſq; liberales doctrinas feliciſſimè percipiendas ampliſſimum tibi aditum aperuiſti, Monita hæc, quam Philoſophiæ candidatis, ac ſtudioſis opportuna ſint, certiſſimum ferre iudicium

poſſis

poſſis. Nos ſapientiæ tuæ, qua non minus, quam purpura inter cæteros emines, illuſtriores ingenij noſtri fœtus offerre, ac beneuolentiæ tuę in Academiam noſtram ſingulari ſingulare aliquod grati animi ſpecimen exhibere vehementer optamus. Quoniam verò hoc nunquam aſſecuturos nos eſſe exploratum habemus, cũ de Principibus benemereri noui beneficij loco reponendum ſit; illud autem a nobis Philoſophiam auſpicantibus exigi, vel expectari iure merito non poteſt: tanquam æternum ſaltem Academiæ noſtrę in te obſeruantiæ monumentum

ſtatuimus hunc Libellum, eo ſaltem nomine cæteris ſpectabilem, quod tuo illuſtretur nomine; hoc eſt, Eminentiſſimi illius Principis, cuius pietatem, ac ſapientiam nemo eſt qui non ſuſpiciat, & admiretur. Vale.

PHI-

PHILOSOPHIÆ TYRONIBVS

Deformatorum Academia S. P.

QVod Paulus Quintus e *Vaticani Montis vertice vniuerſum veluti terrarum orbem contemplatus, diplomatis anno 1606. vulgati initio inſcribi voluit*, Quantum Religio Societatis Ieſu in Eccleſia ad fidei, pietatis, ac religionis augmentum profecerit, & in dies magis proficiat, Nos ipſi ſcimus, & Reſpublica Chriſtiana nouit vniuerſa; *nobis quoque Ferrarienſi in vrbe commorantibus vſurpare ferè licet; a ſenioribus enim huius Vrbis ciuibus non rarò accepimus, cœlitum cultum, templorum, rerumq; ſacrarum venerationem, ſacræ exomologeſis, diuiniq; myſterij frequentationem, concionum, ſacrarumq; lectionum celebritatem, pias adoleſcentum, aliorumq; ſodalitates magna ſaltem ex parte ſingulari Societatis Jeſu Patrum ſolertia in*

loſophicis inſtitutionem ſuo in Collegio inſtaurarunt? Huius amplitudinem beneficij nemo noſtrum ſatis perſpectum, exploratamque habere poteſt; nam quot viri omni litterarum genere excultiſſimi, ac Philoſophi præſertim præſtantiſſimi, ex eorum Academijs vbiq; gentium excitatis prodierint, an ex mortalibus vllus deſignare certò poſſit, dubitari quoque non immeritò poteſt. Quam verò Chriſtianã, adeoq; verã tradãt Philoſophiã, tũ ingens voluminum, quæ omniũ ingenioſorũ manibus teruntur, editorum copia, tum quæſtiones, quas in præcipuis Chriſtiani orbis ciuitatibus ſuis deſcribẽdas tradũt auditorib. maximo cũ eorũ emolumẽto, vt experientia rerũ magiſtra apertiſſimè docet, ſanæ mentis cuique certò prædicant. Teſtantur & hoc ipſum luculenter Summi Pontifices, inter quos nominatim Pius V. *Sanctiſſimus enimuerò e Sacro Prædicatorum cœtu Pontifex, &* Gregorius *XIII. qui ampliſſimis facultatibus Societatis Ieſu Philoſophiæ, ac Theologiæ Doctores exornarunt. Iure igitur ſanè optimo* Thomas Bozius Congregationis Oratorij Presbiter tom. 1. de ſignis Eccleſiæ ſigno 35. *de Societatis Ieſu Patribus loquẽs ſcriptum reliquit;* Hi auctore Igna-

 tio

tio Loiola nihil non amplexi ſunt, quò virtutes verè cæleſtes, bonaſque litteras, & doctrinas pectoribus humanis toto orbe poſſint inſerere: idcircò & pueros humanitatis artibus imbuunt, ac nullis laboribus, vt mortalibus per ipſos benè eſſe poſſit, vnquam parcunt. *Eorum quidem Gymnaſia non minus pietatis, quã ſapientiæ paleſtras eſſe nos quotidiano diſcimus experimento; publico autem cæteris huius vrbis Ciuibus argumento erit libellus hic, quo noſtræ Academiæ Magiſtratus beneficio vulgantur ea, quæ, antequam Philoſophicas in Peripateticorum Principis libros diſputationes aggrederetur, noſtra mẽti acerrimè figenda eſſe* monuit P. Iulius Scotus Placentinus, *qui cum tribus ſuperioribus annis Parmenſis Academiæ iuuenes Philoſophicis diſciplinis imbuiſſet, nos quoque iiſdẽ informãdos humaniſſimè ſuſcepit. Prælo quoque cõmiſſus eſt liber hic eo nomine, tum vt fructum, quem nos ipſi ex his excerpſimus Monitis, ad* vos oẽs Ingenioſi Adoleſcentes *Philoſophiã auſpicãtes, verãq; Philoſophiã edoceri optantes dimanaret; tũ vt cæteros oẽs Philoſophiæ ſtudioſos certiores faceremus ingentis gaudij, quo animus noſter perfunditur, dum eum*

Philoſophicis doctrinis exornare cupientes ſub Societatis Ieſu Patrum diſciplina nos eſſe agnoſcimus; a præclariſſimis enim præceptoribus nos non degeneraturos, imò & re ipſa illud quod Academiæ noſtræ Inſignis Epigraphe (figura autem eſt ferrum accenſis prunis ſuperpoſitum) VERTET IN AVRVM, liberaliſſimè ſpondet, aliquando comprobaturos vehementer confidimus. Valete.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

LIBELLVS HIC IN SEX
tribuitur Partes; traditur

In *Prima*: Quænam Philoſophiæ Tyroni proficere cupienti maximè attendenda. pag. 7.

In *Secunda*, Quænam in *priuato lectionum ſtudio* maximè attendenda. pag. 17.

In *Tertia* Quænam ſit leges *Defendentis*, & *Arguentis*. pag. 25.

In *Quarta*, Quænam circa *Philoſophorum Doctrinam* maximè attendenda Philoſophiæ ſtudioſo pag. 37.

In *Quinta* Quidnam de *Ariſtotelis Auctoritate*, ac *Doctrina* ſentien-

dum ſit Peripateticæ ſectæ ſtudioſo pag. 118.
In *Sexta* Quænam ſit vis *vocum*, quæ cõmuniter *in Diſtinctionibus præſertim* ſunt in vſu apud Philoſophos. pag. 156.

MONITORVM PARS PRIMA

Quænam Philoſophiæ Tyroni proficere cupienti maximè attendenda.

MONVIT Primò, vt qui multos in Philoſophia progreſſus facere cupit, crebrò id à Deo petat, Philoſophiā enim Diuinum eſſe donum ipſi quoq; Ethnici agnouere Philoſophi, quod inter cęteros Plato ſepè fatetur; ad hoc autem faciliùs obtinendum inter *SS. Trinitatis perſonas* peculiari ſtudio proſequatur *ſecundam*, cui peculiare nomen *Sapiētię* tribuitur: inter Diuos *Beatā Virginem*, quæ ab Eccleſia dicitur *Sedes Sapientiæ*, *Angelū Cuſtodē*, qui perfectiſſima rerum naturaliū ſciētia exornatus eſt, *D.Th. Aquinatē*, ac *D. Bonauenturā*, quorum alter *Angelici*, alter *Seraphici* Doct. cognomen iure optimo eſt aſſecutus, atque, *D.*

Ignatium Artium magiſtrum, & in Theologia per plures annos verſatum, vt loquitur *Paulus III. in ſuis Diplomatibus*, ac huiuſmodi ſcholarũ in ſuis Collegijs inſtitutorẽ: inter *Beatos* verò, *B. Albertum Magnum*, qui ſingulari Deiparę beneficio ſingularem Philoſophicarũ rerum cognitionem adeptus eſt; ac *B. Aloyſium*, qui in *Soc. Ieſu* Gymnaſijs adhuc non eiuſdem ordinis religioſus Philoſophiæ operam dedit, illuſtribus ſanctimonię notis ibi impreſſis, de quibus *Virg. Cep.* in eius Vita p. 1.

Secundò, Vt ſolutũ pro viribus rerum humanarum curis animum habeat & ante cętera immoderatis motibus; ſi enim quælibet ars, etiam ex minus ingenuis, totum ſibi vindicat hominem in ea proficere cupientem, multo magis Philoſophia, quæ non ſolum eſt omnium ſcientiarum, ac veritatum naturalium complexus, verùm etiam tota in intellectu ſita eſt; intellectus autem, dum voluntas prauis obſidetur cupiditatibus, cogitatione in praua fertur, quæ etiam eas ſpecies offunt intellectui, vt ſecernere verum à falſo nequeat, vnde aciem ingenij obtundi in

his

his,qui ſe vitijs tradunt, experientia teſtatur quotidiana: de quo etiã latè *Petrus Iuſtinellus in lib. quem inſcripſit Trionfo della Caſtità p. 1.* Demum vt quiſq; meminerit dictum a D. Bernardo ep. 108. *non rectè proditur ad lumen ſcientiæ, niſi iuſtitię germen pręcedat ad animam, ex quo formetur granum vitæ, & non palea gloriæ.*

Tertio, vt auctoritati ita fidat, vt ſemper rationi magis innitatur, & ante cętera Fidei, cui ſubeſſe falsũ non poſſe omnino ſciat, alioquin Deũ, cuius auctoritati innititur Fides noſtra, mendacem faceret, minuſq; ſapientem: hinc quodcũq; Fidei Chriſtianæ Dogmatib cõtrarium, tanquam falſum quoq; in Philoſophia reijciat; aſſerere enim, quod aliquid verum ſit ſecundum Fidem, falſum verò ſecundum Philoſophiam, vel e contra, damnata eſt propoſitio in *Concilio Lateranenſi 3.* præterquam quod cum veritas iuxta Ariſt. quoq; ſit intellectus conformitas ad rem pro vt eſt, vel non eſt, & non poſſit à parte rei idẽ eſſe, & non eſſe, iuxta illud quoq; principium ab omnibus admiſſum, *Quodlibet eſt, vel non eſt*; ſi erit vera vna propoſitio, altera contrariũ aſſerẽs erit neceſſariò fal-

ſa,

ſa,alioquin ſi vtraq;vera eſſe poſſet, idem obiectum eodem prorſus tempore eſſet, & nõ eſſet à parte rei. Accedit,quod ſi plures eſſe poſſent veritates, aſſeri poſſet nõ ſolũ Hereticos, ſed etiam illos,qui aduerſantur Ariſt. à veritate nõ deſciſcere;quare nõ ſolus veritatis Philoſophicæ eſſet aſſertor Ariſt. vt nonnulli cõtendunt.

Quartò, Vt nemo vnq; ſe poſſe aſſequi aliquã cum laude Philoſophiã deſperet,dummodo laborem non reijciat; labor enim omnia vincit improbus; qui certè ſi ad quamlibet artem addiſcendam eſt neceſſarius,multò magis ad omnium ſcientiarum complexum animo recludendum. Qui autem ſe animaduertit minus valere ingenio, quam alium, aſſiduiori compenſet ſtudio naturæ defectum; ſi aliquis verò eſt ingenioſus caueat ne ſibi nimis fidat; niſi enim ipſe in huiuſmodi diligenter ſtudium, quod inter cætera melancolicum hominem iuxta id quod habetur *ſect.* 30. *Prob.* 1. exigit, incubuerit, breui a minus ingenioſo ſtupidũ eum fore aſſeruit. Nihil certè minus ſapientem animum reddit, quam exiſtimare ſe eſſe ſapientem: Quare ſapientiſſimum tunc

So-

Socrates ſe declarauit, cũ dixit, *ſe hoc vnũ ſcire, quod nihil ſciret*: Hoc tamen vt vnuſquiſq; teneat, ſubiecit, quo magis intimos Philoſophiæ receſsus penetrauerit, eo vberiorẽ animo percepturum voluptatem; non minus enim naturale eſt intellectui rerum cognitionem acquirere (omnes enim natura ſcire appetunt *initio met.*) quam lapidi ſit naturale deorſum tendere, ac igni ſurſũ; quæ elementa centro propinquiora velocius, quaſi auidius ferri dicuntur *ſ. Ph. t* 61.8. *Phyſ*. 76. 1. *Cęli. t.* 88. & alibi: voluptates autẽ, quas affert Philoſop. dicũtur 10. *Eth.* c. 7. mirabiles & puritate & nobilitate.

Quintò, Vt ſit aſſiduus in audiendis prælectionib. & maximè preceptoris explicatione, illiſq; recognoſcẽdis quotidie, ex quibus nihil pręteréat, quod nõ intelligat tũc, vel intelligere quã primũ ſtudeat, ex prętermiſſa enim vna lectione, vel explicatione magiſtri, vel vnius vocis intelligẽtia non leuia incõmoda ad ſubſequẽtia percipiẽda ſe ſubire quiſq; experietur.

Sextò, Vt iuxta celebre illud *Caietani* dictũ, *Circulus, & calamus me doctum fecerunt*, diſputet ſæpiſſimè cum alijs, ac alios audire diſputan-

tantes enitatur, præcipuè ſi hi ſint doctiores: ſi quando argumenti vim, vel ſolutionem non intelligat, vim, ac ſolutionem ab alio petat: vt condiſcipulorum, & eorum præcipuè qui ſimili cupiditate ediſcendi Philoſophiam flagrant, conſuetudinē amet, nec non illorum, qui periti in Philoſophia habentur: ab his enim perſæpè breuiſſimo tempore intelliget ea, quæ multo tempore ſecum meditatus nō potuit percipere, vel clariorem intelligentiā iam perceptorum aſſequetur, vel nouum aliquod argumentum, vel pro ſententia, quā tuetur, vel cōtra eā exiſcet, quod ſoluere ipſemet poſtea conabitur, vel alijs proponat ſoluendū, vel ſolutionē petat a præceptore. Statim autem vt iuuenis Philoſophiæ ſtudioſus cū alio cōdiſcipulo diſputauit remotus a præceptore, vel doctiori, petat à preceptore maximè, an bene ſolutum fuerit argumentū, an ritè aliquid probatum, explicatumq; &c. Dixit, *maximè a præceptore*; quia ſolutio argumentorū ab alijs, licet doctis, tradita ſæpè non erit iuxta principia illius, ſub cuius eſt diſciplina; quare minus clarè ſolutionis vim aſſequetur.

Septi-

Septimò, Vt cum exquiſitum audit argumẽtum, quod non ſit in prælectionibus ſolutum, ipſe breui illud domi reſcribat, eiuſq; ſolutionem reponat in libello ad hoc ex induſtria compoſito, ſicuti in eodem quoq; deſcribat exempla, rationes alias, &c. quæ ſepè affert præceptor, vel in explicatione, vel ex occaſione petentium, ſiue arguentium.

Octauò, Vt addiſcens credat, & non credat. Credat quidem, quia cum viri ſapientes vnico ore fatentur illum decipi, nimis ſuperbus eſset, qui ſibi ſoli veritatis lumen affulſiſſe exiſtimaret: præterea cum præceptor ſæpè ſupponere teneatur aliqua poſtea tradenda, debet diſcipulus credere illa, de quibus non eſt præſens controuerſia, ita ſe habere. Non credat autem, quia mori Pithagoreorum inſiſtere non eſt æquum Philoſophiæ ſtudioſo; ſunt enim examinãdę rationes, quæ offerũtur, & aſſenſus ꝓpter illas adhibendus; ſecus enim opinionẽ tantùm deſumptam ex auctoritate, non verò ſcientiam rerum, quæ ſita eſt in cognitione deducta ex rationibus, acquireret.

Nonò, Vt potius quotidiè duas, aut tres

horas

horas inſumat in ſtudium, quam interpoſitis diebus quatuor, aut quinque; ſicuti enim quotidianus victus, ſed parcus, eſt opportunior alendo corpori, ſic intellectui moderatum ſtudium ad ſcientias percipiendas maximè conducit, dummodo ſit quotidianum, nō ſolum, quia corpus, *quod aggrauat animam*, immoderata ſpeculatione fatigatur plus ęquo, & intellectus noſter cum ſit definitæ perfectionis, certas quoq; in ſingulos dięs rerum cognitiones acquirere poteſt, verū etiā quia aliæ rerum ſpecies interiectis illis diebus intellectum occupant, quas repellere poſtea eſt difficile.

Decimò, Vt identidem recognoſcat præterita, & ea præſertim, quæ maioris ponderis fuerunt, ac maioribus obſita difficultatibus, & id in Vacationibus præſertim longioribus, vt Natalitijs, ac Paſchalibus: agnoſcet autem tunc inter cætera rerum connexionem.

Vndecimò, Vt caueat Lectionem librorum etiam Philoſophicorum, vnum ad ſummum habeat ad interpretationem Ariſtotil. textus. Inter interpretes autem è recentioribus maximè celebrem eſſe dixit *Franciſcum Toletum è*

Socie-

Societate Ieſu Cardinalem, non ſolum quia in illo recenſentur, ac examinantur omnes interpretationes textus ab antiquioribus exhibitæ, verum etiam quia peculiari ſtudio rectum Ariſtotilis ſenſum eruit, & Ariſtotelem fermè ſemper ſtare pro fide ex profeſſo conatur oſtẽdere. Secundum locum ab hoc tribuit *Auguſtino Pallauicino* patricio Genuenſi olim Societatis Ieſu doctorum auditori, qui illuſtres commentarios in plures libros ex Ariſtot.& aliquos etiam,quos interpretari omiſerat *Toletus*, ſuperioribus annimis edidit. Alterum verò conceſſit ad auctores potius perlegendos, qui in contrariam abiere ſententiam illi, quam tuetur preceptor, neque enim omnes auctores ſemper dabit deſcribendos,vel etiam ad argumentum aliquod eruendum: Qui tamen liber quoque eſſet abijs conſcriptus, qui faciliori ſtilo Philoſophiam tradunt, inter quos laudantur *Conimbricenſes, Ruuius*, & *Raphael Auerſa*, Addidit verò ſi ea,quæ quotidiè in Scolis prælegunturs, bene perceperit adoleſcens, inſignem euaſurum Philoſophum, ſicuti quoque illud eſſe validius argumen-

mentum, & ſubtilius, quod vel ex ſcriptis ipſis eruitur, vel intellectus ſuomet excogitat marte; vrgendas potius obiectiones, ac contra ſolutiones aliquid ſemper excogitandum eſſe. Multitudo librorum (quod idem dictum voluit de quibuſcunque ſcriptis) obruit ingenia, nec ſinit certæ adoleſcentis animum adhærere ſententiæ: vnde horum, qui plura legunt ingenia, ſemper fluctuant. Voluere libros, & auctorum argumẽta cognouiſſe munus eſt Philoſophiæ Doctoris.

Duodecimo Monuit, quoniam ſignum eſt ſcientis poſſe docere, *initio Metap.* vt conetur auditor Philoſophiæ ita percipere lectiones ac ſi eas alijs tradere vellet, & exempla, ijſque ſimilia excogitet ad confirmandam in aliorum animis ſententiam quam tuetur, & illam perſuadere nitatur ſe indoctiori, cum quo verſabitur: tueatur autem, ac proponat doctrinam non ijſdem planè verbis, quibus illam exhibuit præceptor: Qua de re in duabus cotidianis per mediam horam in ſingulas lectiones repetitionibus paraphraſticè potius, & ſummatim tradita repetantur.

PARS

PARS
SECVNDA

Quænam in priuato lectionum ſtudio maximè attendenda.

MONVIT, vt vnuſquiſque
1 diuinam imploret opem, ac ad Diuos tutelares identidem confugiat, maximè, cum in aliquam inciderit dubitationem: quod feciſſe inter cæteros D. Thomam, D. Bonauenturam, ac è recenſioribus Franciſcum Suarez in eorum geſtis enarratur.

2. Perlegat lectiones, quam citiſſimè fieri poteſt, poſt præceptoris explicationem, quia tunc maximè hærebunt menti, & memoria eorum, quæ in explicatione addit ille, ad eas, facilius tunc percipiendas facem præbet. Curet autem, vt omnia ab illo dictata ad vnguem deſcri-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

deſcripta ſint: mirum enim eſt quot tenebras ingenio offundat vnica vox, vel omiſſa, vel permutata, pręcipuè cum in vnica voce quandoquè multa lateant miſteria; ideoq; ea recognoſcat, dum rationabiliter veretur, nùm aliquid malè deſcriptum ſit: cum verò alios quoque in ſimile erratum incidiſſe animaduertit, eius exquirat ſententiam, quandoq; enim *bonus dormitat Homerus*; cum præcipuè dictans aliò licet inuitus mente euocatus, verbum pro verbo permutare facilè poſſit, ex quo varius oriri poteſt ſenſus.

3. Curet ante omnia ſtatum quæſtionis, ac terminorum ſignificationem tenere: deinde benè percipere ſtudeat fundamenta concluſionum, obiectiones aduerſantium, earumq; ſolutiones, cæteraq; deſcripta: ſi quid minus intelligat, notet in ſchedula, eiuſq; explicationem, vel ſolutionem à præceptore petat, vel ab illis, qui ab eo dictata recognouerint; nam alij fortaſsè, etiam ſi doctiores, cum diuerſis in philoſophia fortaſſe vtantur principijs, iuxta ea reſponſionem prębebũt, quare potius vel nouis onerabitur difficultatibus, vel ſaltem

tem

tem non æquè benè informabitur animus argumentorum contra præceptoris ſententiam ſolutione, vel accurata adeò eius doctrinæ explicatione.

4. Percurſa tota dubitatione, vel difficultate regrediens ad examinandam concluſionis probationem, attentè perpendat vnuſquiſq; an ea, quæ dicuntur, ſint vera, an argumentum benè probet; an iam admiſſis à præceptore principijs, eiuſq; cohæreat doctrinæ, nùm aliquid obijci poſſit ex Ariſtotele, vel ex alijs, vel ex ſedibus argumentorum; ſi quid occurrat dubij, ſoluere ſtudeat, & ſolutionem adhibitam à ſe examinet eadem prorſus methodo, ac præceptoris ſolutiones; & ſic deinceps totam percurrat lectionem, & nunquam intellectum à ratiocinando reuocet, vſq; dum ad prima principia, vel ad propoſitiones, ac definitiones ſuo ſaltem iudicio per ſe notas deueniat.

5. Similiter perpendat, an obiectiones ſint benè ſolutæ, quanam ratione aduerſarij vrgere poſſint reſponſiones: præterea ſi quid gratis, & non innixum ratione dici videatur, hu-

ius à præceptore exigat rationem;ſicuti enim eius tueri ſententiam pro viribus munus eſt diſcipuli;ita nec præceptoris tantùm auctoritas ad eam tuendam impellere auditorem debet, ſed auctoritas vnà cum ratione, quam ſi probè tenuerit, omnia fermè argumenta facilè eludet aduerſantia. Si quid dubitationis in hac iterata examinatione occurrerit, ab eo, vel ab alio, vt ſupra, ſolutionem, vel interpretationem exquirat.

6. Vt nec vnam lectionem prætereat, quam optimè non calleat, vna enim ad alteram facilè intelligendam aditum præbet, præterquā quod cum multæ recognoſcendæ ſunt prælectiones, animus nimio labore ſe opprimi timens, ſi in vniuerſas incumbat, facilè earum omittit ſtudium; quare ſi nonnullo præpeditus negotio alicuius omiſerit ſtudium, illi primo quoq; tempore vacet.

7. Vtile quoq; erit quam maximè, dixit, clauſis, vel ſepoſitis ſcriptis ambulando, vel ſedendo, que ibi dicta ſunt recogitare, alijs verbis, & exemplis ea illuſtrare; nonnulli enim niſi ijs ad vnguem proponantur verbis, quibus

ſunt

ſunt expoſita à Præceptore argumenta ijs reſpondere neſciunt, ac veluti pſittaci Præceptoris verba in explicatione exhibent. Nonnumquam verò hæc ipſa verbis depromat in cubiculo, quod ab omni remotum tumultu eſſe debet, alta voce, quaſi cum alio ageret.

8. Vt tanquam graue piaculum putet vnuſquiſq; aliquam omittere lectionem, ac præſertim explicationem præceptoris; nemo enim melius eo ſuam explicabit doctrinam, cum ſui ſit partus ingenij, & viua vox faciliùs hominem doctum reddit, quam mortua librorū, vel ſcriptorum lectio.

9. Vt dum accedit ad claſſem, ſecum ipſo, vel vna cùm alio repetat, quæ dicta ſunt in ſcolis, & ad certum numerum tradita contrahat. Iuuat autem quam maximè ſocium habere, cum quo poſſit diſſerere, conferre, &c.

10. Vt duas horas ſaltem in ſtudium impendat: dum vero ſe lectiones percepiſſe quotidianas cognouerit, ſi quid temporis ſupererit, illud recognoſcendis antiquis prælectionibus, & maximê difficilioribus tribuat.

11. Tempus ſtudio aptiſſimum eſſe dixit,

 matuti-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

matutinum, cum & animus vegetior ſit, quemadmodum & corpus, & minus cæterarum rerum imaginibus intellectus tunc occupetur: & nocturnum quoq; maxime in hyeme, *in nocte enim*, vt communi fertur prouerbio, *conſilium eſt:* Tempus à cœna, vel prandio minimè opportunū eſſe ſpeculationi, quia ſpiritus impuriores è ſtomacho ad cerebrum tunc progrediuntur, & præterea, cum ſpiritus illi, qui concoquere deberent cibum, alio petant, neceſſe eſt, vt cibus maneat incoctus: hinc morbi, ſtomachi, capitiſq; dolores, &c.

12. Vt in ſummā omnia contrahantur monuit, ſed poſtquam diſputationi finis impoſitus fuerit; nam alioqui non erit cum fructu; deſcribat verò in eo probationes concluſionū, ac præcipuas obiectiones breuiſſimè, & non ſolum illas, quæ ſcriptis inſitę ſunt, verum etiā eas, quæ alibi auditæ, cum aliqua celebriori diſtinctione, quæ in ea diſputatione frequentior ſit, qua adhibita facilè ſoluuntur argumenta.

PARS

PARS TERTIA

Quænam ſint leges Defendentis, & Arguentis.

LEGES vtriq; communes has quatuor eſſe docuit. 1. vt clarè, ac breuiter, ſed cū alacritate diſputationem ineant, ac proſequantur; inſipidæ enim ſunt diſputationes, niſi quodam alacritatis veluti ſale aſpergantur; ea enim alacritas auditores alios attentos reddit, & diſputantes ipſos magis acuit, non ſecus ac tuba, timpanuſq; magis præliantes excitat milites; ita tamen amet alacritas, vt neuter victus obijcere alteri queat illud Aug. ep. 174. *Videris, vtrum veritate, an clamore viceris*. Modeſtia etiam in verbis, ac geſtibus quã maximè ametur, quod docuit quoque non minus diſertus Orator,

quam acutus Philoſophus illis verbis in 1. de finibus; *maledicta, contumeliæ, contentioneſque in diſputando pertinaces indignæ Philoſophia videri ſolent.* Hinc fit, vt neque arguentem defendentis ſolutionem, neq; defendentem arguentis argumentum parui pendere deceat, tùm quia indignum videtur libero homine, qui in diſciplinas maximè liberales incumbit, alium eiuſdem conditionis hominem ſeruilibus inceſſere probris, tum quia ad vtriuſque potius dignitatem confert, oſtendere argumentationem, vel ſolutionem eſſe validam; quid enim mirum, ſi defendens ſoluat argumentum ſi leue, vel nullum hoc eſt? vel arguens impugnet ſolutionem ſi hæc leuis, vel nulla eſt? & præcipuè hęc lex obſeruanda eſt, cum argumentatur vir doctior; quod enim initio videtur leuè argumentum, ſi à viro docto vrgeatur, difficillimũ quiuis experietur. Vibrantia arguentium tela, ſunt validæ argumẽtationes, Clypeus verò defendentium opportunus eſt clara reſponſio. Accedit ex huiuſmodi in verbis diſſentione, mutuum voluntatum perturbari ſæpè conſenſum,

ſenſum; cũ tamen,& theſes oppugnantem,& illas propugnantem eam moderationem adhibere par ſit, vt teſtatum apud auditores relinquant,quod docet Aug.ep.19.*Fieri poſſe, vt inter cariſſimos aliquid alterutro ſermone contradicatur,nec tamen caritas ipſa minuatur,nec veritas odium pariat, quæ debetur amicitiæ, ſiuè verum ſit illud, quod contradicitur, ſiue corde veraci qualecumque ſit dicitur,non retinendo in mente, quod diſtet à labijs.* Si verò ex illis alter inconſultò nonnihil protulit, ne alter par pari rependat. Imò ſi defendens minus aptè reſpondeat, vel arguens minus aptè argumentationem vrgeat aliquando;fieri enim poteſt, vt vir etiam cætera doctiſſimus,ac ingenioſus,vel timore, ſiue alijs immoderatis animi motibus concuſſus, vel aliquo corporis morbo vexatus, vel quia tanquam homo omnia explorata habere non potuit, labatur aliquando; vterque Aug. ep.16.conſilium ſuſcipiat; *Minus aſſequatur illa ſcientia;quæ inflat,dum non offendatur illa,quæ ædificat.*

2. Ne à propoſita quæſtione vllus diſcedat ſæpè enim cum arguens ſuo ſatisfieri argumen-

mento videt, defendens verò cum ſe premi argumentatione cognoſcit, diuerticula quærũt, & quæſtionem aliò transferunt. Perſiſtat igitur arguens, cetera omittens, in ſolutione argumenti, ideſt, non deſiſtat, donec argumentum ſibi ſolui clarè cognoſcat. Qui verò defendit, cum varia ſibi proponi videt, quæ nõ ſpectare videantur ad propoſitam theſim, quã impugnare aggreſſus eſt aliquis, etiam ſi vera ſint, dicat, *tranſeat*. Vt hæc lex maximè obſeruetur, iuuabit apprimè, ſi quiſq; punctum difficultatis optime teneat, cæteriſq; omiſſis in illud ſolum mentis oculum defigat.

3. Ne pertinaces ſint, ac falſitatis defenſores; quare ſi arguens ſibi ſolutum nouerit argumentum, ne inanibus verbis tempus terat, ſed ad aliã rationem contra eandem concluſionem, vel ad nouam impugnandam concluſionẽ progrediatur. Defendens verò cum ſe ratione cõuictũ cognoſcit, vel reſpondere ignorat, vt aliam arguens impugnet concluſionẽ, ingenuè poſtulet. Præclare ad hanc rem dixit Aug. ep. 74. *non eſt bonum homini, hominem vincere, ſed bonum eſt homini, vt eum veritas vincat volen-*

lentem, quia malum eſt homini, vt eum veritas vincat inuitum, nam vt ipſa vincat neceſſe eſt, ſiue negantem ſiue confitentem.

4. Teneat ea, quę traduntur in tribus ſubſequentibus partibus, & maximè, quæ de Diſtinctionibus, in quibus obſoleta ſibi non abhorreat verba; ſicuti enim Grammaticas leges obſeruare tenetur, ne riſui, & ſe ipſum, & Philoſophiam exhibeat, ita conſuetas apud Philoſophos voces amare debet: quęcunque enim ars ſua peculiaria habet nomina; reiecerunt autem Philoſophi ornatas Rhetorum voces, phaleratasq́; periodos, tùm ne res per ſe cognitu perdifficiles vocibus non conſuetis difficiliores redderent, & nos in externam vocũ, veluti pompam mentis oculos defigentes eos auerteremus à rebus, quarum ipſæ ſunt ſignificatiuæ: tùm quia oratorius modus nõ in veritatis ſcopum collimat, ſed ſolum perſuadere nititur, immo & veritatem ipſam tropis, & figuris obumbrat; Hac de cauſa ſapientiſſimè dixit Aug. de princip. Dialect. cap. 7. *Quamuis nec diſputationem deceat eſſe ineptam, nec eloquentiam oporteat eſſe mendacem, tamen in illa ſæpe, atque*

que adeo penè ſemper audiendi delitias diſcendi cupido contemnit, & in hac imperita multitudo, quod ornatè dicitur, etiam verè dici arbitratur.

Pro arguente leges has quatuor tradidit.

1. Initio argumentationis referat concluſionem impugnandam, hac ratione. *Argumentor contra duas ex propoſitis concluſionibus, & primo loco contra quartam*, v.g. (legat autem ſi ad ſint ſcriptæ, vel editæ concluſiones) *in qua habetur*, vel *in qua dicitur, Logicam eſſe habitum ſpeculatiuum*: ſi autem in concluſione ſit aliquid, quod ipſe nolit impugnare, non legat totam concluſionem, ſed tunc dicat; *Et præſertim contra illam particulam, in qua habetur, &c. 2. loco argumentor contra ſextam, in qua habetur.* vt ſupra, *logicam vg. eſſe quoq; habitum practicum*: Si vnicam impugnet, non dicat tunc *primo loco.*

2. Vt proponat argumentum benè præmeditatum, & quod ſit aptè diſpoſitum, & pro conſequentia ponat concluſionem, vel particulam concluſionis, contra quam argumentatur, v.g. *Ergo Logica non eſt habitus ſpeculatiuus.* Hinc colligitur peccare eum 1. qui diceret, *Logica non eſt habitus ſpeculatiuus, ergo falſa concluſio,*

cluſio, cum potius inchoandum eſſet ab his, quę pro antecedente illius entimematis proferre poſtea debet. 2. qui diceret, *Si Logica eßet habitus ſpeculatiuus, ſequeretur aliquod abſurdum: conſequens non eſt admittendum, ergo nec antecedens*: explicetur potius ſtatim abſurdum, quod ſequeretur, & ne inutilibus ſillabis tempus impendatur, & quod eſt turpius, ne principium petatur.

3. Eſt vtile quam maximè in initijs argumentum proponendum calamo ante deſcribere, & probare directè in ſcriptis Maiorem, vel Minorem, quam putat eſſe negandam: ſicuti enim calamus eſt bonus iudex, an diſtinctã cognitionem habeamus eorum, quæ videmur nobis percepiſſe, ſic ſolet indicare falſitatem, vel fallacias, vel vires noſtri argumentis exiles, & è contra.

4. Defendentem non interpellet, ſed eius expectet reſponſionem; & ſi neget maiorem; vg. reſumat arguens, *Probo maiorem*, & propoſitionem negatam reponat in concluſione. Si verò defendens diſtinguat aliquam enunciationem; arguens, vel impugnare vnam

par-

partē diſtinctionis,vel probare nō eſſe aptā diſtinctionem allatam poterit:cum vero ſolutum nouerit argumentum, vel nouis rationibus eandem oppugnet theſim,vel ad aliam impugnandam accedat. Enim verò non tenetur arguens propoſitam rationem contra theſim aliquam initio diſputat. proſequi vſq; ad exitum temporis ſibi ad a guendum præſcripti, ſed poteſt aliam cōtra eandem aſſumere; imò præterea poteſt cum argumentationem aggreditur,duas contra theſim vnā rationes proponere, vt ſi quando vna ſoluta fuerit, alteram ſoluat defendens. Iuuabit quidem aliquando repetere breui allatam reſponſionem,præſertim ſi defendēs fuſius explicauerit, vt quid impugnandum ſit,clarius appareat, & ſtatus controuerſiæ breui collectus facile ab omnibus intelligatur.

Pro Defēdēte leges has quatuor quoq;tulit.

1. Vt reſumat argumentum fideliter. Ad quod conducet attendere initio voces tantum, quæ in argumentatione exhibentur, & maximè medium terminum, non verò ſolutionem. Prima autem vice non reſpon-

deat,

deat, ſed dicat. *Optimè argumentatur.* (In ſolemnibus verò diſputationibus addat titulum dignitatis perſonæ, quæ arguit, vt Perilluſtris Dominus, Adm. Reu. P. Philoſophiæ, vel ſacræ Theol. Lector, vel profeſſor) *contra duas ex noſtris propoſitis concluſionibus, & 1. contra quartam, in qua dicimus, Logicam eſſe habitum ſpeculatiuum; contra quam ſic argumentatur*; referatq; arguentis argumentationem. 2 *loco contra ſextam, in qua dicimus; Logicam eſſe habitum practicũ quoque; contra quam argumẽtatur ſic, &c.* deinde totum reſumat 1. argumentum, & ad ſingulas propoſitiones reſpondeat, vel *concedo* vel *nego*, vel *diſtinguo*, aliquando etiam, *tranſeat*, quando ſcilicet non facit ad rem, an propoſitio concedatur, an negetur; quam tamen arguens poteſt aſſumere, vel pro conceſſa, vel pro negata, vt libuerit; ſicuti autem ſingulas propoſitiones proprijs nominibus ne confundatur concertatio, appellare debet pro viribus, ita caueat, ne ſit nimius in diſtinguendo, eſt enim res periculoſa, præſertim in tironibus, facile enim datur locus impugnandi aduerſario, & aliò transferendi quæſtionem: po-

tius

tius ergo vbi non occurrit clara diſtinctio, neget, propoſitionem, ſemper enim erit tempus diſtinguendi in progreſſu diſputationis, & explicandi, in quo ſenſu fuerit negata. In diſtinctione verò duo attendat, 1. vt diſtinctionem tradat perfectam, ideſt habentem duas partes, quarum vtraq; eſt proferéda, vna enim debet negari altera concedi, 2. ne in diſtinctione ponat aliquam propoſitionem argumẽti ab aduerſario propoſiti, ſi quis enim ita argumentatus fuiſſet, *omnis habitus, qui tradit præcepta, eſt habitus practicus; Logica eſt habitus qui tradit præcepta, ergo Logica eſt habitus practicus*, & defendens diſtingueret ſic maiorem, *omnis habitus, qui tradit præcepta eſt habitus practicus, ſi non ſit Logica, concedo maiorem, ſi ſit, nego maiorem*, hic peccaret, quia poneret in vno membro diſtinctionis concluſionem argumẽti propoſiti.

2. Rariſſimè dicat, *Explico*, niſi ſit aliquis textus Ariſt. vel petat id arguens; dum verò interrogatur extra formam, dicat, *Reſpondeo*, ac breuem, claramq; reſponſionem afferat; poteſt etiam addere, Petitá me vt explicem quo-

modo

modo logica ſit habitus ſpeculatiuus, *Reſpondeo*, *&c.* quod maximè præſtet, cum arguens longioribus verbis vtitur in petitione: cum verò argumentum conſtat aliqua propoſitione hippotetica, quæ habeat in fronte particulam: v.g. *Si*, exempli gratia: *Si logica eſſet habitus ſpeculatiuus, etiam cæteræ artes eſſent ſpeculatiuæ*, vel ſi loco particulæ, *Etiam*, apponatur verbum, *ſequeretur*; exempli gratia, *ſequeretur etiam cæteras artes eſſe ſpeculatiuas*: dicat, *Concedo*, vel *Nego*, vel *diſtinguo ſequelam*; quod idem præſtabit, cum argumentum vnica tantum cõſtat propoſitione, diciturq; *ſubſumptum*; aliquãdo enim poſt ſyllogiſmum, vel entimema proponitur ſolum vna propoſitio, cui præponitur particula, *ſed*: verbi gratia, ſi aliquis dixiſſet; *omnis habitus, qui tradit præcepta eſt ars, omnis habitus practicus tradit præcepta, ergo omnis habitus practicus eſt ars*, ac deinde diceret, *ſed logica eſt huiuſmodi*, nihil aliud addens illa propoſitio vnica dicitur, *ſubſumptum*.

3. In entimemate, conceſſo etiam antecedenti, poteſt negari conſequentia, ſicuti etiam in omnibus modis imperfectis, poteſt enim

eſſe anbigua, & fortaſſe falſa propoſitio, quæ in entimemate mente retinetur, & ex vi cuius etiam infertur conſequentia, in ceteris verò modis non apparet euidenter cõnexio minoris extremi cum maiori: in ſyllogiſmo verò benè diſpoſito, ac perfecto, conceſſa maiori, & minori non poteſt negari, nec diſtingui cõſequentia: ſed benè in rigore diſtingui conſequens, ideſt illa propoſitio, quæ ponitur in conſequentia, ſed dicat tunc, *concedo conſequentiam quo ad hoc, nego conſeqnentiam quo ad hoc*; poteſt enim enunciatio conſequens multiplicem habere ſenſum, in quorum altero ſit propoſitio vera, in altero falſa: melius tamen erit, ſi ante diſtinctionem conſequentis diſtinxerit maiorem, vel minorem; non tenetur tamen ad hoc, ſed pro libito in rigore logico poteſt efficere vtrumq; Aduertat verò non poſſe diſtingui conſequentiam, quia conſequentia eſt vis connectens concluſionem cum præmiſſis, vel antecedente, quæ connexio ſita eſt in indiuiſibili, & bonitas conſequentiæ attendit tantum debitam terminorũ diſpoſitionem cum medio, non verò veritatẽ enun-

enunciationum: quare vel verè erit inter eas enunciationes connexio, & tunc èſt bona conſequentia, ſi verò non erit, mala erit conſequentia; quare neceſſe erit negari, vel concedi conſequentiam.

4. Cum affertur aliqua paritas, aſſignet diſparitatem hac ratione: ſi aliquis arguerit ita: *Philoſophia moralis eſt habitus practicus, ergo etiam logica*; repetat argumentum, concedat antecedens, neget conſequentiam, & dicat, *Aſſigno diſparitatem*; & tunc reddat rationem, cur moralis ſit practicus habitus, eamq; oſtendat non vrgere in logica: ſciat tamen, ſe non teneri eam reddere, ſicuti neq; rationem concluſionis, ſi velimus loqui in rigore, & maximè Philoſophiæ tyronem, nam defendens proponit concluſionem tantùm, & non rationem concluſionis impugnandam, & paritas ex alijs materijs deſumitur, quas oporteret, vt Tiro Philoſophiæ omnes perſpectas haberet, quod fieri non poteſt: Si quis enim vult aſſignare diſparitatem, cur logica ſit ſpeculatiua, & non moralis, oportet, vt ſciat, quid ſit moralis, quomodo procedat in ſuis diſcurſi-

bus, &c. Addidit, vt ingenioſi eſt aliquando retorquere argumentum, oſtendendo illud eãdem vim habere contra ipſum arguentem, ſic minus ſapientis eſſe velle per inſtantiam argumentationi ſatisfacere, petit .n. arguens, vt ſingulis ſuis reſponſio præbeatur propoſitionibus. Hinc 8. Top. loco 68. dicitur, *qui ad interrogantem inſtantiam dicit, ſæpè non ſoluere*; dixit Ariſtoteles, *ſæpè*, quia ſupra loco 63. docuerat propoſit. vniuerſalem nõ admitti propter inſtantiam: poteſt autem dici ſolui per inſtantiam argumentum indirectè, quatenus affert quandoq; lucem ad excogitandam aliquam rationem, qua facilius ſe contra arguentem tueatur, vel oſtendit argumentum non eſſe efficax, vel peculiariter non vrgere exhibitam concluſionem, quæ oppugnatur: quare eadem reſponſio, quæ affertur ab alijs in ſimili, poterit à defendente afferri.

PARS

PARS QVARTA

Quænam circa Philoſophorum Doctrinam maximè attendenda Philoſophiæ ſtudioſo.

MONVIT 1. vt vnuſquiſq; ſciat communem hominū auctoritatem fidem ſolum facere, non certitudinem, vel euidentiam; nam hi homines, ſi idiotæ ſint, ab his ſæpè in Philoſophia receditur; incredibile enim videtur vulgo ab vnica muſcæ ala vniuerſum cælum, immo & alios orbes cæleſtes creabiles operiri poſſe, & nunquam Deum poſſe deuenire ad vltimam diuiſionem cuiuſq; minimæ quantitatis, cuius tamen contrarium ab omnibus peripateticis affirmatur, immo & demonſtrari putatur in

Phyſicis. Certè ſi opinionum veritas in multitudine locanda eſſet hominum ita ſentiētiū, futurum eſſet, vt marinæ conchæ planetis, & margaritis prçferrentur, vt animaduertit *Nazianzenus in orat. contra Arias.* Si verò hi homines ſapientes fuerint, faciunt quoq; auctoritatem, ſiue argumentum ſolum probabile, vt docet quoq; Ariſt. 1. *top. cap.* 1. Si autem vtrinq; ſint auctores, probabiles, vtraq; pars erit probabilis: non eſt autem probabilior ſententia, quam plures numero ſequuntur auctores (ſæpè enim euenit, vt non expenſis rationibus ſubſequentes auctores ſequantur præcedentis Philoſophi dicta) ſed quam grauiores auctores, etiam ſi pauciores numero, amplectuntur: immo non tantum recentiorem doctum, qui vtriuſq; partis fundamenta expenderit, ſingularem opinionem poſſe proferre, etiam ſi antiquata iam videatur, fatetur, *Pater Sanchez lib. 1. in decal. c. 9. cum Vaſquez, & Azor;* verum etiam recentiorem poſſe cum laude opinionem aliquam cōtra omnes ſuperiores Doctores proferre, eamq; reddere probabilem, & prudenter agere eos, qui eam ſe-

quun-

quuntur, communis eſt ſententia cum S. Th. apud Bonacinam *diſ.2. de leg.q.4.* & Filiuc. *tr.* 21.*c.4.* Quod ſi in moralibus hoc licere omnes admittunt, multò magis in ſpeculatiuis, ex quibus nullum Fidei, vel moribus detrimentum timeamus. Certè ſi antiquiori licuit philoſopho, qui primus aliquam opinionem in ſcolas inuexit, eam reddere probabilem, cur non etiam neotericis? Quoniam verò in exacta huius Moniti intelligentia, quam vera ſint plura, quę circũferuntur Axiomata, clara innititur cognitio; hinc ad illuſtriorem eius notitiam,

Primo aſſeruit multas habendas eſſe antiquioribus Philoſophis gratias, vt docetur etiã *ſecundò Met. c.* 1. & non ſolum ijs, qui veras tradiderunt ſententias, ac dignas, quæ à poſterioribus approbarētur Philoſophis, verum ēt illis, qui cum veritatem nō attigerint, ipſa tamen inchoata, & imperfecta rerum tractatione ſubſequentium ingenia excitarũt, & acuerunt. Primo quia omnes hi iuuarũt, vt docet D. Thomas, illi directê, iſti indirectè ad aſſequendam pro viribus veritatem. Secun-

do, quia priucipium videt̃ eſſe pluſq; dimidium totius *primo ethi. c.7.* eoq; compe to facilè eſt adijcere, & coaptare reliquum *2. elen. c. vlt.* niſi enim Phyrnis, qui primus cythara apud Athenienſes ceciniſſe fert̃, fuiſſet, nõ floruiſſet Timotheus *2. Met. te. 2.* à quo impulſum fuiſſe ad arma Alexandrum ſcribunt. Hinc illis, qui primi aliquam artem, vel ſcientiam excogitarunt, primi quoq; honores iure debentur; hoc enim indicat ſummam quamdam ingenij præceteris præſtantiam: & licet in aliquibus errauiſſent, attamen condonandum hoc illis eſſet, quibus omnia eſſe perſpecta nequiuere; definita ſi quidem eſt omnis creata facultas: laudandi potius, quod ſubſequentibus occaſionem præbuerint Philoſophicæ veritatis indagandæ ſolertiùs, eiuſq; aliquando maximo Philoſophiæ cõmodo aſſequendæ. Cauendum quoq; ſubiecit, Philoſophiæ ſtudioſo, quem in moribus ab hominum vulgo ſecretũ eſſe decet, ne mentis oculum figat in errata tantùm antiquioris ſe Philoſophi, non in ea, quæ ſunt comendatione digna, naturale enim eſt, ſtatim peiora animaduertere, eaq; etiam
imi-

imitari, cogitationem verò à perfectioribus auertere: ſic quoq; conſueuit frequentius intellectus noſter ſyllogiſmos ex vtraq; affirmatiua efformare in ſecunda figura, qui non aptè concludunt, quam in prima; & lingua maiorem promptitudinem experitur ad alios probris laceſſendos, quam ad eorum laudes celebrandas. Huiuſmodi autem vituperatores, ſi primi illud, quod vituperant, excogitaſſent, vel ſi de eadem materia, de qua alij Philoſophi ſcripſerunt, ſcripſiſſent, magis lapſi fuiſſent, vt patet in his, qui vel Chriſtianum Oratorem, vel Rhetorem declamantem vituperare ſolent: hi.n. ſi Concionem, vel Orationem habere iuberentur, vt plurimum ſaltem maioribus obligarentur vitijs, quæ licet ipſi non animaduerterent, animaduerterentur tamen ab alijs, vt ſæpe experientia in multis indicauit. *Malum dicitur eſſe ex ſingulis defectibus, bonum ex integra cauſa*: vt dicatur peccare opus, ſufficit ſi in aliquo deficiat; vt ſit perfectum, exigitur vt omnia planè, quæ requiruntur ad illud aptè ſint diſpoſita; facilius eſt autem, vt aliquid

aliquid deſit, quam vt omnia ſint adamuſſim.

2. Omnem artem initio ſui ortus non potuiſſe eſſe vndequaq; perfectam, eſt enim omnis ars collectio multorum præceptorum generalium *primò Met. c.* 1. tendentium ad vnum finem, hæ autem regulę generales fundantur in multis experimentis, quæ ab vnico homine moraliſt videtur fieri nō poſſe, vt potuerint haberi omnes: & ſicuti in dies nouæ fiunt experientiæ, ſic etiam creſcunt pręcepta, & per conſequens additamentum fit ſemper nouum artibus fermê omnibus. Mos quoq; eſt, vt naturalia (quod videre eſt in generatione hominis, plantarum, &c.) non ſtatim omnino perfecta appareant, naturā enim incipere ab imperfectioribus communè eſt apud plures Philoſophos axioma: ſic quoq; ipſa mundi machina non vnico die omnibus planè abſoluta numeris apparuit. Quod euenit in artificioſis, & naturalibus, euenit quoq; in ſcientijs; neq; enim vlla ſcientia eam aſſequuta eſt iam perfectionem, vt nihil illi addi queat: vnde enim hoc probari poteſt? quinimmo contrarium potius probare licet, cū inter

etiam

etiam cæteras artes Pictura nominatim, Mathematica, & Aſtrologia inter naturales ſcientias, inter ſupernaturales Theologia modo fines ſuos ampliores cognoſcant, quam ſuperioribus ſeculis; imo & Eccleſiam creſcere etiam in dies in explicita Diuinorum cognitione teſtantur ipſamet nouiſſima Conciliorum, ac Pontificum decreta. Accedit inter hereticas numerari opinionem eorum, qui cenſent, quo magis homines à Chriſto naſcente diſtant, eo pluribus inuolui ignorantiæ tenebris, vt habet nobilis Thomiſta *Dominicus Bagnez* 2. 2. *q.* 1. *ar.* 7.

3. Non ex eo quod aliqua ſentẽtia ſit tradita ab Antiquiori, eo ipſo veram eſſe, vel etiam probabiliorem recentiori ſententia. Primo quia non apparet huiuſmodi neceſſitas, quemcumq; enim intellectum reſpectu eorum, quæ ſunt omnium manifeſtiſſima ſe habere ſicuti oculos veſpertilionum ad lumen diei traditur *initio* 2. *Metaph.* Secundo quia, vt habet Auguſtinus l. 2. de Bap. *In nullo aliter ſapere, quam res ſe habeat, Angelica perfectio eſt: & hominum eſſe proprium errare*, traditur ab Hyeronimo in epiſt.

epiſt. ad Theophilum . Tertio, Antiquiores Eccleſiæ Prēs diſtributiuè accepti, qui erant quoq; ſanctiſſimi, permiſit Deus, vt in aliquibus errarent materialiт̄ circa fidei dogmata, immo vt minima ignorarent, cum rerum maioris ponderis eſſent ſcientiſſimi: non eſt ergo credibile, Philoſophis antiquioribus, qui erant vitijs contaminati (quæ enumerat latè *P. Franciſcus Arias tomo* 1. *de imitatione Chriſti tract.* 5. *c.* 3. *&* 4.) & vitio ſuperbiæ maximè deuincti erant, omnis planè veritatis lucem impertiuiſſe in rebus etiam naturalibus. Quarto, ſolis Canonicis libris hic honor defertur, vt non liceat de eorum, quæ ibi dicuntur, veritate dubitare ex Auguſtino epiſt. 19. & nullum doctorem etiam circa principia fidei habere infallibilem auctoritatē docet D. Thomas p. par. q. p. ar. 8. & ēt ſi duo, vel tres celeberrimi Eccleſiæ Doctores circa idem dogma conueniant, non propterea neceſſario illis aſſentiri tenemur, tāquam veritatis infallibilis auctoribus; ergo multò minùs id Antiquioribus Philoſophis concedere debemus. Quinto de facto erraſſe in multis, quæ naturali cognitione aſ-

ſequi

ſequi poterant antiquiores Philoſophos affirmant D. Thomas 2.2.q.2.ar.4. eorumq́, errata enumerantur ab eodem *Arias vbi ſupra:* Ariſt. vero errores peculiariter recenſentur parte 5.num.4 cęterorum antiquiorum ab eodem recenſentur Ariſt. Sexto permiſit Deus homines quoſcunq́; etiam ſanctitate illuſtriſſimos in hac vita(ſi beatam Virginem iuxta cõmunem ſentẽtiã,ac S. Io: Baptiſtam iuxta aliquos excipias) nonnullo crimine leui non rarò adſtringi, quod erratum aliquam habet cõtrarietatem cum gratia diuina, à qua dicti ſunt ſancti; ergo multo magis probabile eſt voluiſſe Deum, vt Philoſophorum omnium ingenia in aliquibus cæcutirẽt. Septimo quia, vt inquit Seneca de vita beata, *triſtiſſima quæq; via, & celeberrima maxime decipit, & non tam bene cum rebus humanis agitur, vt meliora pluribus placeãt;* ergo multo minus, quod vni tantùm.

4. Non eo ipſo quod aliqua opinio Philoſophica eſt noua penitus, eam eſſe reprobãdam. primo, quia ſic damnari deberemus quoq; recẽtes Conciliorum, Pontificumq́; leges. Secundò, inter reos alicuius criminis recenſendi eſſẽt

illi,

illi qui anterioribus ſeculis nouas inuehentes opiniones antiquioribus ſe contrarias non damnarunt. Tertio quod eſt ſecundum ſe probabile, ſecundum ſe non eſt damnandum, ſed noua opinio poteſt eſſe ſecundum ſe probabilis, ergo. Quartò quia Auguſtin. in Ench. docet eſſe *vtile, dum aliqua, ſicuti poteſt quiſq; coniectat*: quæ vtilitas maximè cernitur in acuendis ingenijs, &c. Quinto addere aliquid Antiquioribus ſecundum ſe dignum eſt laude; ſic etiam Ariſtot. plura addidit Philoſophię ab antiquioribus ſe traditæ, & D. Thomas, Scotus, alijq; Ariſtotelicæ doctrinæ, non leuis. n. iniuria fieri meritò putaretur, ſi diceremus vni cum Ariſt. ſtudium in hoc tantùm poſitum fuiſſe, vt reſcriberet, vel in aptiorem methodum reuocaret ea, quæ ab Antiquioribus prolata, vel edita fuerant; quod idem dicito de D. Thoma, Scoto, alijſq; reſpectu Ariſtotelicę Doctrinæ, & de ſubſequentibus alijs reſpectu D. Thom. Scoti, ac huiuſmodi Philoſophorũ. Sexto cõmendamus eos, qui nouas artes excogitarunt, vt qui Typographicã, bellica tormẽta conficiendi, &c. ac noua Poematum genera

inuenerunt, cur non etiam ſimiliter eos laudabimus, qui nouas ineunt ſententias. Septimo experientia eſt Philoſophię magiſtra, ſi ergo experientiæ nouæ ſunt, cur non quoq; noua effata Philoſophica? & ipſa quidem experientia manu ducit intellectum etiam ad nouam excogitandam rationem aliquam. Octauo cæteræ omnes opiniones nouæ aliquando fuerunt, & noua hæc aliquando vetus fiet, quod argumētum vſurpatur ab Arnobio contra Gentiles impugnantes Chriſtianam religionem eo nomine quod recenter in mundū eſſet importata, *noua res eſt, quā gerimus*, inquit, *quandoq; & ipſa vetus fiet: vetus, quam vos geritis, ſed temporibus, quibus cæpit, noua fuit*.

5. Cum Philoſophia ſit omnium ſcientiarū naturalium complexus, & ſcientia non habeatur, niſi per cauſam neceſſariam, propter quam res eſt, vt habetur 2. *Poſt te*. 5. per conſequens ſi quis innititur in aſſenſu ſoli auctoritati, quæ ad ſummum facit opinionem probabilem, & minus probabilem, quam pleræq; aliæ argumentorum Topicorum ſedes, cum inter locos extrinſecos numeretur, non aquiſiturum ſciē-

tiam

tiam : quarè approbauit dictum illud Benedicti Pererij in Proemio Philoſophię,in queſtionibus Philoſophicis explicandis,diſceptādiſq; controuerſijs,quid Ariſt. ſenſerit,conſiderandum eſſe diligenter, ſed multo magis quid rō ſuadeat : ſi quid Ariſt. doctrinæ congruens, & cōueniens eſſe intelligitur,probabile ad ſumum cenſendum eſſe, ſi quid conſentaneum eſſe rationi videtur verū,certumq;iudicādum. Itaq; Philoſophiæ ſtudioſus primas quidem partes tribuet fidei ; ſecundas iudicio ſenſuum longa experientia , & diligenti obſeruatione explorato , atq; confirmato ; tertias rationi , quartas, & poſtremas partes Philoſophorū auctoritati;hinc fit,vt ſi experientia,vel ratio efficaciter aliquid ſuadeat etiam contra communem ſententiam hactenus Philoſophantium , magis experientiæ , & rationi adhęrendum eſſe;ſic enim quoq; Ariſt.à communibus ſuo tempore ſententijs receſſit.

6. Sicuti non eſt recedendum à communi hominum etiam idiotarum ſenſu , niſi aliquā ratio vrgeat in contrarium , ſic neceſſe eſſe, vt ea ſit validior,cum diſcedit Philoſophiæ ſtudioſus

dioſus

ſus à communi Philoſophorũ ſenſu, & non paſſim ab his diſcedendum eſſe, cum ſit omnino improbabile, quod in omnibus lapſi fuerint Antiquiores nobis Philoſophi: immo eſſe prudentis philoſophi, etiam ſi neſciat reſpondere argumentis, quæ pro ſe affert aduerſus alios, contrariam tamen ſententiam ſaltem probabilem per locum extrinſecum iudicare, & fateri, & hoc propter reuerentiam quæ exhiberi debet nobis ſenioribus; immo cum rationes ſunt vtrimq; probabiles, & pro ſententiam noua, & antiqua, magis adhęrendum eſſe Antiquiori: ſi verò noua pro ſe maioris ponderis rationes habet, hæc præferri debèt antiquiori, vt docet *Azorius initio cap.17. lib.2. Inſtitutionum moralium*; ſic enim & Eccleſia aliquando poſteriores opiniones magis approbauit, quam antiquiores.

7. Non videri æquum in rebus Philoſophicis animum certis ſemper obligare ſententijs: nam an vnicus auctor amplectēdus ſit, qui varias tamen admittat interpretationes, alia ratio eſſe videtur. Primo, quia nulla ſcola hoc habet; ipſimet enim Thomiſtæ, & Scotiſtæ,

D etiam

etiam ſi ſe aſſeclas à B. Thoma, & Scoto traditæ doctrinæ profiteantur, ſunt tamen varij inter ſe. Secundo, poteſt eſſe, vt aliquis recentior ſit ſapientior Antiquioribus; ſi enim Ariſtot. exiſtimatur acutior Philoſophis, qui illũ præceſſerunt, cur etiam non poterit eſſe alius ſubſequens Ariſt. eodem acutior? habetur ne nunc eſſe abbreuiata manus Domini in proferendis huiuſmodi ingenijs? eam certè non abbreuiatam experimur in proferendis viris ſanctimonia illuſtribus, qui comparari meritò queunt ijs, quos edidit Eccleſia antecedentibus ſeculis. certè *Lactantius lib. 2. Diui. Inſt. cap.* 8. ſcriptum reliquit. *Dedit omnibus Deus pro virili portionem ſapientiæ, nec quia illi temporibus nos anteceßerunt, ita quoque ſapientia*: & *Bagnez* vbi ſupra non obſtare docet, quo minus afferamus, ſuccedentibus ſeculis quędam vberiùs, ac ſubtiliùs à poſterioribus Eccleſiæ Doctoribus pertractari, quã fuerint à prioribus definita, nam pro temporũ varietate Deus Eccleſię ſuæ Doctores varia facultate, ac doctrina præditos contulit. Hoc verò ſi de poſterioribus Eccleſiæ Doctoribus ve-

riſſimè affirmatur, an non magis id affirmare licebit de poſterioribus Philoſophis? Tertiò Plato non addixit ingenium ſuum antiquiorum ſe auctoritati Philoſophorum, etenim ſic habet Clemens Alexand. lib. p. Strom. *veri amator Plato, velut à Deo incitatus dicit: ego ſum eiuſmodi, vt nulli alij credam, niſi rationi, quæ mihi conſideranti optima viſa fuerit.* Platonem imitatus eſt Ariſtoteles, ab eo, qui tamen velut Deus quidam Philoſophorum habitus fuit, ſæpiſſimè diſcedens; quem morem etiam vſurpat D. Thomas diſſentiens Alexandro Alenſi, Albertoq; licet Magno, ſuis præceptoribus, & Sotus, Capreolus, Caietanus, Victoria, Canus, alijq; in diuerſam ab ipſo D. Thoma abiere quandoq; ſententiam, quia ſcilicet iudicarunt opiniones ſuas magis ratione, vel experientia fulciri. Quartò, recentiora inuenta rei familiaris amplificandæ, omiſſis antiquioribus, magis vtilia quiuis amplectitur, ergo et cum non leue commodum ſit Philoſophicæ Reipublicæ, vt eius ſtudioſi non ducãtur auctoritate, ſed magis ratione, ſi recentior aliquid de nouo excogitauit magis rationi con-

 ſen-

Digitized by Google

ſentaneum, quam Antiquior, æquum eſt vt illud magis ametur. Hinc *Cicero de Amicit.* docuit, Antiquitatem ſuo loco relinquendam eſſe, nouitatem amplectendam, ſi ſpem afferat vberioris fructus. Quinto, ſic pluris faceremus Philoſophos, quam Eccleſiæ Doctores, quorum nullum ſingillatim acceptum in fidei dogmatibus, tanquam auctorem infallibilis omnino auctoritatis habemus; immo parem faceremus Philoſophiam Fidei Chriſtianæ, quæ auctorem vnicum ſuum habet nullius capacem erroris; quod ſi de quocunq; Philoſopho aſſerere iniquum videtur, multo magis de Philoſopho Ethnico. Sexto, Theologus, cuius ſciẽtia, Dei, à quo ꝑfecta eſt, auctoritate fulcitur, nec rationum eget præſidijs, humanas tamen rationes non contemnit, aut reijcit; Philoſophus, cuius doctrina (vt bene Pererius) ex ratione ortum, incrementum, robur, omnemq; vim ſuam, atq; dignitatem habet, omni ratione poſthabita in vnius hominis multarum rerum ignari, multiſque vitæ, & doctrinæ ſordibus quandoq; inquinati auctoritate conquieſcet? Septimo, natura hominis

hæc

hæc eſt vt ratione ducatur, pecudum verò aliorum nutu moueri, ac regi, *omnis autem homo*, vt inquit Durandus in Prologo, *dimittens rationem propter auctoritatem incidit in inſipientiam beſtialem:* cum autem nos addicimus alicui ſententiæ, prorſus oſtendimus, *nullum nos habere liberum arbitrium*, vt loquitur Canus lib.7.de locis The. vel *iudicio, quod nobis liberaliter impertiuit Deus, nos metipſos priuamus*, vt loquit Caietanus in Proem.in Gen. vel *lumen rationis non ſolum occultamus, verum etiam cōprimere volumus*, vt loquitur Durādus. Octauo, Philoſophia inter liberales artes naturales principem locum obtinet, eſt enim maximè libero homine digna, non eſt ergo par, vt cum ſeruitute eam ediſcamus, vt præcepit quoq; Plato Dial.7. de Rep. Tyrannicā verò, & coactam ſeruitutem appellat Galenus eam, qua cogimur in præcedentium Philoſophorum verba iurare, *ingenuam* autem tātum appellat D. Aug. Ep. 19. *ſeruitutem eam, quæ ſacris adhibetur litteris.* Nono, pmittit Eccleſia plures ſectas Theologorū inter ſe omnino diſcrepantes, immo varias opiniones permittit

mittit circa res, quæ cum principijs Fidei aliquam habent cõnexionem, vt vtrum nunc ſit Paradiſus terreſtris, nec ne, vtrum ſint in cœlo Enoch, & Elia: immo in rebus alijs maximi momenti non ſolum moralibus, verum etiam ſpeculatiuis diſſentientes amplectitur opiniones, vt in materia de Prędeſtinatione, & in diuinarum explicatione litterarum, *Quam tamen ſententiarum varietatem in exponendis etiã Scripturis non diſcordare ab ipſa Fidei vnitate* ep. 19. Aug. tradit: & in rebus Philoſophicis, quæ ſoli innituntur rationi, vel experientiæ, vnicæ ſententiæ humanum obligabitur ingenium? Decimo, Deus non vult, vt captiuemus intellectum noſtrũ etiã in obſequium Fidei, niſi aliqua intercedat euidentia; antequam enim quilibet aſſentiatur Fidei articulis, habet euidentiam credibilitatis, ideſt, talem cognitionem, qua licet non cognoſcat miſterium Trinitatis, v. g. ita eſſe, cognoſcit tamen tale eſſe, vt iuxta rectam prudentiam illi aſſentiri ſine formidine teneatur; quod iudicium eſſe in pueris quoq; ac ruſticis eſt communis Theologorum ſenteutia, cum

D. Tho-

D.Thoma 2. 2. *q.*1.*ar.*4. ergo minus congruum eſt,vt rei Philoſophicæ aliquis aſſentiri teneatur,niſi euidenter cognoſcat veritatem. *Vndecimo*,preclarè geſta à recentioribus Sanctis laudantur, & imitanda proponuntur, etiam ſi in antiquioribus non fuerint expreſſa, ergo etiã opiniones recentiorum laudandæ,& publicæ vtilitati exponendæ. Duodecimo, iniquum eſt naturali potentiæ vim inferre, maximè ſi humana ſit;immo nec Deus poteſt vim inferre intellectui,vt aſſentiatur illi,quod ſibi videt falsũ, ſicuti nec poteſt vim inferre actui poſitiuo volũtatis,*vt ſentit.D.Th.*1.*p.q.*82.*a.*2. Decimo tertio,intellectus, qui non eſt ratione conuictus, vel ratione ſaltẽm probabili allectus nequibit reſpondere impugnantibus ſententiam propoſitam, quare non ſolum ingeniorum exercitatio priuato in cubiculo,verum,ēt diſputatio publica tolletur, & per cõſequens veritatis inquiſitio, maximè enim in diſputatione limari veritatem experientia teſtatur, & Cicero docuit. Decimoquarto,ſcimus eos, qui elegerunt auctores, quos ſequerentur, eos potiſſimum ſelegiſſe, quorum ob-

ſcurus eſſet ſenſus; ſic enim varias admittunt interpretationes, ac ſententias. 15. Eccleſ. 3. *Mundum tradidit Deus diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio vſq; ad finem?*

8. Eſſe diligenter attendendum, antequam opinionem aliquam dicamus nouam, ſæpe enim nonnulla apparet noua iis, qui in obuiis tantum ſcriptoribus euolendis verſati ſunt: aliquando appellatur noua; vel quia leuiter tantum indicata eſt ab antiquioribus, & non ita copioſè de ea diſputatum eſt, ſicuti à recentioribus; vel quia nouus eam tuendi modus inuentus eſt: quod dupliciter ſaltem fieri poteſt; Primo, quia noua ratio, ac fundamentum antiquiorem opinionem tuendi excogitatum eſt; Secundo, quia licet non nouæ rationes excogitatæ fuerint, attamen complexus omnium rationum, quis tuetur recentior, eſt nouus; hoc autem peculiariter accidit, cum diuerſas antiquiorum opiniones, vel etiam rationes aliquis amplectitur, & ambas (quod ſummi eſt ingenij) oſtendit eſſe veras, illi .n. de eadem quidem re, ſed in diuerſo ſenſu, &

ſecun-

ſecundum diuerſa agere potuerunt, v. g., ſi aliquis tueretur Logicam, partim eſſe ſpeculatiuam, partim practicam, ſecundum diuerſos ſcilicet habitus, oſtenderetq; argumenta nõnullorum probare habitũ vnum ſpeculatiuũ, aliorum verò habitum practicum. Has autem opiniones non eſſe dicendas penitus, & adequatè nouas docuit: quod ſi verè reperiatur aliqua nulla ratione ex ſupradictis in antiquioribus exarata, appellari poſſe nouam negatiuè cenſuit, ideſt non hactenus prolatam, non verò nouam poſitiuè, pro vt hoc nomen apud aliquos importat, recenter inuentam, & excogitatam contra antiquiorem ſententiam.

9. Cauendum eſſe, ne ex noua opinione Philoſophica aliquid cõcludi vere poſſit, quod vel Diuinis litteris, vel Conciliorum, ac Põtificũ decretis, vel receptis ab omnibus Theologis dogmatibus repugnet, ideoq; ſolerter præceptori (quem propterea in Theologia verſatum eſſe par eſt) antequam nouam proferat ſententiam, an aliqua perturbatio in ſuperiori ſcientia oriri queat. De quodam heretico dixit Bernard. ep. 189. *magnis effert laudibus*

dibus Philoſophos in ſugillationē Doctorũ Eccleſiæ, ad inuentiones illorum, & ſuas nouitates Catholicorum Patrum doctrinæ præfert, & fidei. & ep. 174. *nouitatem matrem temeritatis, ſororē ſuperſtitionis, filiam leuitatis appellat:* loquitur autem ibi de nouitate præſumpta contra Eccleſiæ ritum: nam alioqui laudat nouitatem, *quæ non eſt nouella vanitas*, vt habet *ad fratres de monte Dei de Vita ſolitaria.*

10. A Philoſophię ſtudioſo paruifaciēda eſſe dicteria, quæ ſolent aliqui conijcere in Philoſophicarum opinionum nouos inuentores, tum quia æquum eſt Philoſophũ eſſe ſuperiorem omnibus humanis calamitatibus, & nullus eſt in mundo etiam vitæ ſanctimonia illuſtris, qui ſuos non habeat vituperatores; tum quia huiuſmodi probra oriri ſolent; Primò ex animo, vel ſuperbo, quaſi rationi aduerſetur omne illud, quod aliquorum intellectui primo non occurrerit, vel inuido, gloriam enim, quam iure ſibi repoſcunt huiuſmodi ingenia, quæ generoſum aliquid ſapiunt, vt inquit *Seneca* epiſ. 33. detrahere mordacibus illis verbis conantur, cum tamen æquum eſſet

vt au-

vt audirent hi Hieronymum ita ſcribentem ad Magnum: *Quæſo, vt ſuadeas ijs, ne veſcentium dentibus inuideat edentulus, aut oculos caprearum talpa contemnat*. Secundo, ex nimio erga aliquem auctorem affectu, qui non ſinit rationū pondera diſcuti, quę affert recentior contra antiquiorem, non ſecus ac nimius creaturæ amor ita amantis intellectum perturbat ſæpè, vt rectam ſalutis viam non animaduertat. Subiecit, accidere non rarò, aliquos, etiam ſi videant apertè ſe deceptos ab antiquiore, vel probabiliorem afferri a recentiore ſentētiam, pertinaciam tamen (quam falſo nomine conſtantiæ appellant) enixè amare, inſtar pluriū Hereticorum, ac Hebreorum: alij verò antiquatas iam aliquarum opinionum ſpecies diſcutere nimis ſibi moleſtum arbitrantes, quæ moleſtia maximè percipitur, ſi ex nouæ opinionis admiſſione per neceſſariam conſequentiam ab alijs opinionibus diſcedere opus eſt, volunt potius, laboris non amici, opinionem proſequi; licet falſam, vel minus ſaltem probabilem. Addidit poſtremò, ſi eodem amore, quo aliqui proſequunt antiquiores, proſequerentur

rentur aliqui recentiorem nonnullum futurũ, vt non multos poſt annos reponeretur in eorũ numero, qui in quauis excellerent arte, etiam ſi primoribus labijs, vt dicitur, eas deguſtaſſet; in tñ vnico enim recẽtioris perſæpè poemate multa ex Philoſophicis, Moralibus, Mathematicis, &c. interponunt, quę indicare poſſent beneuolo animo recentiorem illum has omnes exactè calluiſſe ſcienrias, & tamen nos ipſi ſcimus perſæpè eas leuiſſime attigiſſe.

Vltimo aſſeruit, menti figenda eſſe acerrimè duo monita. Primum S. Cipriani ep. 71. *Vt non pertinaciter noſtra amemus, ſed quæ a fratribus, & collegis noſtris vtiliter, ac ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint vera, ac legitima, noſtra potius ducamus.* Secundum Ciceronis 2. Tuſcul. ſic dicentis. *Nos ipſos redargui, refelliq; patiamur, quod ij ferunt iniquo animo, qui certis quibuſdam, deſtinatiſq; ſententijs, quaſi addicti, & conſecrati ſunt, eaq; neceſſitate conſtricti, vt etiam quæ probare non ſoleant, conſtantiæ cauſa cogantur defendere: nos qui ſequimur probabilia, neq; vltra id, quod veriſimile occurit, progredi poſſumus, & refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.*

2. Mo-

2. Monuit Philoſophiam eſſe fidei pediſſequam, & eam eſſe veram Philoſophiam, quæ veritatis indagatrix eſt; finis enim Philoſophię eſt veritas 2. *Met. T. 3.* Illa ergo erit vera Philoſophia, quæ placita fidei placitis conformia tradit, alioquin erit ſolum apparens Philoſophia & phantaſia vanorum Philoſophorum, vt habemus ex *Concilio Lateranenſi, Niceno 2. Articulisque Lutetiæ damnatis*. Nequit autem eſſe demonſtratio vlla contra vllū fidei Dogma, omnis enim Demonſtratio eſt cognitio vera, veritas autem conſiſtit in indiuiſibili, & multo magis quam bonitas conſequentiæ: vnde bene docet *S. Th. 1. p. q. 1. A. 8.* impoſſibile eſſe, vt contra verum aliquid demonſtretur: & ſolubilia eſſe omnia Philoſophorum argumenta cōtra noſtra fidem docuit Concilium Lateranenſe 3. *Seſſ. 8.* vbi ēt præcepit Philoſophiæ Doctoribus, vt Philoſophorum erroneas rationes contra noſtram fidem ſoluant, & veram, & Chriſtianam Philoſophiā proponant: quod ſaluberrimum decretum (*vt docet Toletus præf. ad phyſic. lib.*) multò magis violant illi, qui cum docent aliquid con-

tra fidem ſe aſiſſe Ariſt., id ſic confirmare nituntur argumentis, vt ipſi quoque contra fidem ſentire cum Ariſt. videantur. Philoſophus autem verus quęrens, an ſit Deus v. g. non quęrit, an ſit Deus ſecundum principia Ariſtotelica, vel non ſit, ſed quęrit, an re vera à parte rei detur Deus, vt acquirat cognitionẽ verã. Hinc patet imperiti alicuius fuiſſe voces illas, *ſi vis probus eſſe, ne in Philoſophiam incumbas*. Philoſophia enim non niſi veritatem docet; doceret autem falſitatem, ſi aliquid cõtra fidei principia ſtatueret, quod a Philoſophia vera alieniſſimum eſt, immo etiam repugnans illi: illud dicterium potuit oriri ex occaſione aliquorum DD. qui Philoſophiæ principia fidei tradiderũt aduerſantia.

3. Monuit, S. Patres, Doctoreſque Eccleſię potuiſſe in multis errare, ac de facto erraſſe in his, quæ non ſunt Dogmata, aut principia fidei; vnde liberum eſt in his ab eorum ſententia diſcedere; ſic docent *Auguſt. lib. de pecc. orig. cap. 23. Ambr in pſalmum* 118. *S. Th. opuſcu.* 10. *Melchior Canus lib.* 7. *de Locis Theologicis cap.* 3. parum enim ſolliciti erant de ſecularibus

bus diſciplinis. Addit *S. Th.* 1. *p. q.* 66. *art.* 2. ex mente alicuius Philoſophi,cui addicti erāt, locutos fuiſſe in materijs non attinentibus ad fidem: immò ſepè iuxta famoſas opniones loquebantur, in exemplis maximè Philoſophicis, vel iuxta quod ab aliquo affirmabatur, vt Conim.2.de gen.c.11.q.1.art.4.circa narrationē de Pelicano notāt; quare ſolū opinioni aliquam maiorem probabilitatem afferunt; ab his tamen non eſt æquum diſcedere, niſi vel auctoritas aliorum, prę ſertim Scolaſticorum, ac Philoſophorum, ad quos propriè ſpectat cognitio Philoſophicæ veritatis, vel experiētia,vel ratio aliud indicet:ſic in materia de incorruptione Cœli Peripatetici à cōmuni ſētētia Patrum recedunt, ſed non leui ducti ratione: ſi tamen ex profeſſo egerunt de rebus Philoſophicis aliqui Patres, vt *Damaſcenus*, *Aug.*&c. poterit à pio Philoſopho maior fides adhiberi, ſi cetera ſunt paria, ipſis Patribus, quam Ethnico Philoſopho: Vitę enim Sanctimonia, quæ ad illuſtriorem etiam rerum Philoſophicarum cognitionem maximè confert, maius pondus cęteris paribus ad reddendam

dam probabiliorem opinionem addere debet.

4. Monuit, vbi agitur de omnipotētia Dei, Philoſopho ſemper pro ea ſtandum eſſe, vbi euidens implicantia nō apparet in contrariū; tum quia Deus ſtat in poſſeſſione ſuorum attributorum; tum quia æquum eſt, vt nos extendamus pro viribus noſtri Dei potentiam, a quo ſcimus plura certè eſſe facta, quæ ſi non haberemus ex fide ita eſſe, vt myſterium incarnationis, quod accidens maneat extra ſubiectum in Euchariſtia, quod idem Chriſti corpus pluribus adſit locis, &c. & naturalis ratio conſuleretur, forſan impoſſibilia iudicaret, vt iudicarunt plures Peripatetici dari demōſtrationē, quod mundus fuerit ab æterno; quod tamen ſcimus eſſe falſum. dixit, vbi euidens implicantia non apparet, quia vbi ſolum probabilis eſt implicantia, illam probabiliorem putat ſententiam, quæ Diuinę fauet omnipotentiæ, propter rationes mox factas. In rebus autem de facto, v. g. an Deus vnicum ſolum mundum condiderit, an vero plures, cōmuni ſapientum ſenſui ſtandum eſſe arbitratur; cum enim non habemus aliud

medium

medium, quo probemus exiſtentiam, vel non exiſtentiam alicuius rei, illi ſoli ęquum eſt, vt innitamur.

5. Monuit eſſe pauciſſimas demonſtrationes in tota Philoſophia, & in omni rigore Ariſtotelico fermè nullas; omnis.n.demonſtratio eſt cognitio euidens, euidens autē eſt id, quod clarè cognoſcitur ab intellectu ita eſſe: licet autem claritas, obſcuritas, certitudo, & incertitudo, & ſimiles proprietates ſint paſſiones proprię operationum intellectus, obiectū enim in ſe ſolum eſt denominatiuè clarum, vel obſcurum, certum, vel incertum, &c. attamē hæc omnia radicaliter proueniunt ab obiecto; Quis autem putet, idem obiectum clariſſimas ſpecies refundere in aliquorum intellectum, in aliorum verò obſcuras, qui tamen ingenioſiſſimi, & ſæpè ijs, qui dicunt ſe habere euidentiam circa veritatem alicuius opinionis, ingenioſiores exiſtimantur? Hinc fit, vt imbecillioris ſit potius ingenij iudicare ſuas ſententias eſſe demonſtrationes, contrarias verò apertè falſas, vel improbabiles; non enim vident aliqui difficultatum nodos quibus

ſua obſtringitur opinio, quos vident magis acuti. Cum igitur non multæ numerari poſſint Philoſophicæ celebres opiniones, quæ ingenioſos auctores inter ſe circa eas diſcrepantes non habeat, per conſequens non multæ erunt euidentes humano Intellectui Philoſophicę ſententiæ, quę propterea cõmuni etiam vocabulo opiniones appellãtur. Certè *Pater Benedictus Per. lib. 2. Philoſop. cap. 3.* aſſerit, ſcientiam naturalium rerum, quam nobis ſcriptam reliquit Ariſt. ſi quis velit bene ſentire, ac propriè loqui, non poſſe dici abſolutè, & in rigore ſcientiam. Primo; quia fundamenta Philoſophiæ Ariſtotelicæ præcipua, vt æternitas materiæ, motus mundi, ac intelligentiarum, neceſſitas Dei in agendo & ſimilia, ſunt aperte falſa. Secundo, quia veras res etiam leuiter, ac molliter tractat, & probabilibus confirmat rationibus, vt ipſemet Ariſt. confiteri videtur, præcipuè 2. *de Cælo Te.* 60. Equidem inter cæteras demonſtrationes, quibus gloriantur nonnulli Peripatetici, eſt ea, quam tradit Ariſt. *Primo Phyſ.* de exiſtentia Materiæ Primæ; & tamen ſolum, vt

pro-

probabilis ratio Ariſtotelica putatur,tùm a nõ paucis Philoſophis, cùm à nonnullis etiam Theologis, vt videre eſt apud *Pendaſium in tex.1.Phyſ.par.45.nodo.17.*

6. Monuit, etiam ſi ſoluatur argumentum, quod pro ſua habet ſententia Philoſophię ſtùſtioſus, non propterea eam ſententiam eſſe falſam, vel improbabilem; omnis enim argumentatio, quæ non eſt Demonſtratio, ſolubilis eſt, & intellectus iudicare poteſt vtrãq; partem eſſe probabilem, licet poſtea determinatè tueri velit vnam, quam forſan iudicat probabiliorem; imò etiamſi aliquis neſciat reſpondere argumentis, quæ afferuntur contra ſuam ſententiã,nõ propterea eam eſſe falſam, vel non probabiliorem aliquando cæteris: quot enim neſciunt reſpondere argumentis Hereticorum, & Gentilium contra fidem noſtrã? & tamen fides,quam nos Catholici habemus, infallibilem habet adiunctam ſibi veritatem. addidit, etiamſi aliqui reperiantur, qui abſurdis omnino, & cõmuni omnium plane ſapientum ſuffragio damnatis opinionibus adſtricti conuinci nequeunt, non propterea

eas opiniones eſſe veras, vel admittendas; aliquos enim *Ariſt.4.Met.a tex.28. & 10.ſect.2. cap.5.* recenſet, qui illud principium, *Poſſibile eſt idem eße, & non eſſe*, tuebantur; imo Zeno dari negabat motum localem, qui inter cęteros motus eſt notiſſimus, vt habetur *6.Phyſ. Sum.5.cap.1.* ſunt enim aliqui homines, qui auram a plebe ſibi capiant huiuſmodi abſurdarum opinionum defenſione, & cum naturæ ſint ſophiſticæ, verbis nonnullis eludunt argumēta, & ſyllogiſmis captioſis ſuam probare nituntur ſentētiam, quos ſoluere eſſe difficile teſtatur etiam ipſe *Ariſt. 8. Top. Cap. 4.* Alij verò ſpiritu (vt dicitur) alijs contradicendi ducuntur; voluntas autem impedit intellectum, quo minus veritatem propoſitam diligenter animaduertat: alij Phantaſiam ex varia humorum intemperie deprauatam habent: alij mali Demonis inſidijs in falſas perlabuntur opiniones, de quo latè *Pater Leſſius lib. 13. de perfectionibus diuinis cap. 14.* alij etiāſi videant poſtea ſuæ abſurditatem opinionis, nolunt ſaltem verbis indicare ſe ab antiqua recedere ſententia; quare nouas phraſes, vel loquendi

quendi formulas excogitant, quæ intellectui nihil magis tamen manifeſtant; de quibus dixit Aug.ep.174. *Hi ſolent latebras malæ defenſionis inquirere, qui contentionis ſunt cupidiores, quam veritatis*. Hinc cauendum eſſe ab ijs Philoſophis docuit, qui rem terminis confundunt, eoſq; magis amplectendos, qui veritatem pro viribus declarant.

7. Monuit ſepè in Philoſophia, recurrendũ eſſe ad naturam rerum; cognitio autem naturæ rerum maxime nititur experientię, etenim experientia magiſtra eſt Philoſophiæ: vnde prioritate temporis præceſſit Phyſicorum cognitio Met. cognitiones; Met. enim per ſe ſupponit veritates aliquas, quas intellectus miniſterio ſenſum collegit, hæ enim prębuerunt occaſionem intellectui res alias independentes à ſenſu in ſuis aſſenſibus excogitandi: non eſt ergo relinquenda vnquam experientia, quæ habeatur per ſenſum, imo iudicandum ita per intellectum eſſe, ſicuti per ſenſus cognoſcitur, niſi aliqua ratio vrgeat in contrarium, vel oſtendatur ſenſum tunc decipi, vt oſtenditur in Remo, qui apparet fractus in

aqua: experientiæ autem ratio a priori vix vnquã ſolida dari poteſt,niſi reducendo id ad naturam eorum agentium cognitam experientia; imo Deus ipſe nullam aliam poteſt reddere rationem, cur homo v. g. dicatur animal rationale, niſi naturam ipſius hominis; Hinc eſt,vt in Phyſicis maximè rebus ſenſum conſulere, & rationem cum eo coniungere debeamus:quod cum minus pręſtiterit Plato, quam Democritus, hic magis laudatur, quã ille 1.*de gen.t.*7.ad hæc addidit,ſciendum eſſe nihil eſſe difficilius, quam definire ea, quæ sũt ſenſibus noſtris obuia,quia horum nullam pręcedentem cognitionem habemus, ideoq; ſapienter Ariſt. definiiſſe primas qualitates nobis notiſſimas, *Calorem, frigus, ſiccitatem, & humiditatem*, non in ordine ad calefactionem, frigefactionem &c. ſed in ordine ad effectus ęquiuocos definiiſſe,calor eſt *qualitas cõgregãs homogenea, diſgregans heterogenea*: præterea definitiones rerum maximè deſumendas eſſe ex communi modo loquendi hominum; his enim videtur impreſſa a Deo(ſi omnes ita loquantur,& ſentiant)aliqualis rei notitia. Sic

facit

facit *Ariſt.* 1. *poſt cap*.2. probans definitionem ſcientiæ, *& alibi*.

8. Monuit neceſſe eſſe, vt in aliquibus omnes Philoſophi conueniant, alioqui diſputare non liceret, ſicut nec hominibus inter ſe verſari, niſi in vocum acceptione conueniāt; ideo communes loquendi modi apud Philoſophos recepti, cōmunia principia ab omnibus admiſſa; ac definitiones cōmunes ſunt à Philoſophię ſtudioſo admittendæ: qua autem ratione definitio debeat explicari, diſceptari poteſt. Hinc reprehēdūtur *Petrus Vrtadus, & Rodericus de Arriaga*; qui in ſua Philoſophia ſepè ab Ariſtotelicis recedunt definitionibus, nouaſq; ſuo marte conficiunt. Dixit, principia in omnibus Academijs admiſſa quoq; eſſe Philoſophiæ ſtudioſo admittenda; nam hoc non exigitur ab eo, ſi agatur de illis principijs, quæ in aliquibus Academijs, ac Philoſophorum Scholis recipiuntur; nonnulla enim principia nonnulli ſuo met confecerunt marte, quæ poſtea ſubſequentes Philoſophi, ea non diſcutientes, amplexati ſunt, inſtar pecudum, inquit *Seneca lib. de vita beata*, pergen-

tes, non quà eundum eſt, ſed quà itur. Præterea monuit, nonnulla principia in aliquo ſenſu eſſe vera, & pro vt vſurpātur ab aliquibus auctoribus, quę ſi ad alios transferātur ſenſus, erunt falſa. Examinare ergo oportet prius, an illud principium, quod in certa materia Philoſophus attulit, poſſit vlteriùs extendi: & nullum amplectatur Philoſophiæ ſtudioſus ſine diligenti examine, niſi quod eſt notum lumine naturę, & ex ipſis patet terminis. Subiecit, cauēdū eſſe veraci, ac fideli, Philoſopho, ne alicuius auctoris pronunciatum, vel in alienū, vel minùs ipſius menti congruum ſenſum pertrahat; ſed vbi non eſt exploratum, quidnam Philoſophus aliquis ſentiat, ſemper vel in magis probabilem interpretetur ſenſum, vel in neutram inclinare partem aſſerat.

9. Monuit ex varijs, & contrarijs opinionibus multas deriuari vtilitates. Primo enim veritas per eas magis declaratur; quæcunque enim opinio ſuam velut facem affert ad indagandam deliteſcentem veritatem: ſic etiam vtile eſt, vt ad eundem terminum per plures eatur vias. Secundo, hæc opinionum varietas

(ſi eas

(ſi eas,quę ad fidė ſpectant,excipias)ad ſplēdorē litterarij mūdi cōfert,nō ſecus ac confert ad ſplēdorē,tū ſecularis Reip.tum Eccleſiaſticæ, graduum, & munerum varietas; & ad Ciuitatis ornatum valde conducit, vt varij ſint artifices, & ciues incedant veſtibus varij coloris,imò oppoſitorum colorum induti. Tertio, ipſimet Philoſophiæ maiorem conciliat honorem ſententiarum diſſenſio, *in ipſa enim Græcia Philoſophia*, ait Tullius 2. Tuſcul.*tanto in honore nunquam fuiſſet, niſi doctiſſimorum contentionibus, diſſenſionibuſque viguiſſet*. Quarto, id maximè Rationalis Naturæ ſupra cæteras principatum indicat,ita vt ſicuti voluntas humana libere vtramq; partem amplectitur ſiue ſit bona, ſiue mala moraliter, ſiue ēt inter æqualiter propoſita bona alterum ex ijs, & inter æqualia minus etiam bonum amplecti queat; ſic etiam intellectus,licet ſit radicaliter ſolum liber propriè ex communi ſententia, attamen dum veritas euidenter nō apparet, poſſit ex ſe ad vtramlibet partem, quam probabilem putat inclinare, vel alicui aſſentiri determinatè; non minus autem

ex

ex mutuo voluntatum, quam intellectuum diſſenſione in rebus ſpeculatiuis, mirabilis litterarij mundi cōcētus oritur, ſicuti lyra quoq; contrariorum, & conſentientium ſonorum modulamen eſt, vt loquitur *Sineſius Epiſcopus Cirenenſis lib. de Inſomnijs*. Hinc eſt, vt Eccleſia benigne diuerſas Philoſophorum, ac Theologorum ſectas inter ſe diſcrepantes amplectatur modò, ac diuerſas Patrum antiquorum opiniones admiſerit, etiam in rebus, quæ fundantur in his, quæ ſunt de fide v. g. an Paradiſus Terreſtris ſit, nec ne, an Enoch & Elia ſint in Cœlo, vel non: imò D. Thomas *opuſ.* 10 cum D. Aug. aperte aſſerit, multum nocere in his, quæ non pertinent ad Sacram doctrinam, aſſerere, vel negare ea, tanquam pertinentia ad fidem; & tutius eſſe, vt hæc, quæ Philoſophi cōmunes ſentiunt, & noſtræ fidei non repugnant, neq; ſic aſſerantur, vt dogmata fidei, neq; ſic negentur, vt illi contraria: Quare non tantùm liberum Philoſopho eſſe concedit vtramq; amplecti partem, ſed magis Eccleſiæ bono expedire, ſi Philoſophica dogmata non tanquā certa admittātur. Ex his habes confirmatio-

mationem doctrinæ traditæ Monito quinto; ſi enim euidens eſſet veritas in opinionibus multis Philoſophicis, Eccleſia, quæ eſt fideliſſima, ac humaniſſima mater noſtra, ſuorum filiorũ animos imbui doctrinis aperte falſis nõ pateretur. Quinto, naturam ẽt eſſe contrariorum appetentem habetur *cap. 6. lib. de mundo*; primam enim concordiam per contraria, nõ per ſimilia deuinxit, animal ex oppoſitis ẽt conſtat elemẽtis &c. quę ibi fuſiùs explicãtur. Sexto, Ars naturæ æmula hoc idem facit; pictura ſiquidem alborum, nigrorumq; colorũ, luteorumque, & rubrorum naturas inter ſe attemperans, effigies rerum efficit conſonas exemplaribus: muſica acutis, & grauibus ſonis, longiſque, ac breuibus vnà permixtis in diuerſis vocibus, vnum ex illis concentum abſolutum reddit.

10. Monuit, quam maximè ad ſcientiam conferre, vt teneamus, quid reliqui Philoſophi de Philoſophicis quæſtionibus cenſuerint; contrariæ enim ſententiæ dubitare nos faciunt, & animaduertere difficultatum nodos, quibus noſtra opinio obſtringitur, *vt 1.*

Cæl.

*Cæl.t.*101.habetur; non poterit autem nodos ſoluere,qui illis ſe implicari ignorat: neq;perfectam alicuius veritatis cognitionem aſſequi licebit illi, qui, qualibus, vel quot difficultatibus obnoxia ſit, ignorauerit; quare 3.*Met. cap.*1. cognitio vera,& certa eorum,quę priùs dubitabantur, eſſe ſolutio dicitur; & licet re vera veritatis animus compos fieret, nunquã tamen, ſi exploratas non habuerit difficultates, futurum eſt, vt ſciat, an illam aſſecuta fuerit, ſicuti ſi aliquis neſciat, quo petat, vbi ad locum, quem intendebat, peruenit, ignorat,vtrum quieſcendum ſit,an ambulandum, vt benè interpretatur D. Thomas: atq; adeò illa voluptate nunquam perfruetur, qua fruitur is, qui ſe veritatem attigiſſe compertum habet. Hæ præterea alię vtilitates ex diuerſarum opinionum Philoſophicarum notitia oriuntur,collectę ex eodem Ariſt. in cuius more poſitum eſt, quotieſcumque difficilem aliquam decernere aggreditur quæſtionem, dubitationes, contrariaſque pręmittere opiniones. *Prima ex t.*19.1.*de Anima* deducitur; vt ſcilicet benè dicta admittamus, non benedi-

cta

ѥta euitemus; ea autem, quæ nota non erũt, euitare nequibimus. *Secunda*; Philoſophi munus eſt veras opiniones a falſis ſecernere: vt verò has damnare, illas approbare poſſit, eas perſpectas habere debet; vnuſquiſque enim ex 1. *Eth.c.3.* ea rectè iudicat quæ nouit, & melior iudex eſt, qui rationes omnes diſceptantes, quaſi aduerſarios, audit 3. *Metap.c.*1. ne indicta cauſa eas condemnare videatur; opinionum enim iudicem, arbitrum, non aduerſarium eſſe oportet, vt 1. *de Cælo t.*101. docetur. *Tertia*; ex contrariæ ſententiæ notione, ac reprobatione noſtræ opinionis veritas magis etiam innoteſcit, non tantum, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, verum etiam quia, dum oſtendimus, cur illa falſa ſit, & qua de cauſa, etiamſi falſa, aliquibus tamen Philoſophis vera viſa fuerit, fit, vt vero ex *c. vltimo* 7. *Eth.* maiorem fidem habeamus. Ex his illius Axiomatis a Philoſophis communiter recepti, *contrariorum eadem eſt diſciplina*, ſenſus intelligitur: Vt homo ſcientiam aliquam plenè comprehendiſſe dicatur, habere debet explorata, ea etiam, quæ in ea oppoſita

ſunt

ſunt v. g. vt quis naturam ſyllogiſmi, loci, & entis realis perſpectam habeat, neceſſe eſt, vt ſyllogiſmum tùm verum, tum apparentem, vt vacuum, vt ens rationis optimè nouerit. Conſultò igitur Peripatetici vna cum Ariſtotele de ijs, quæ ex æquo opponuntur, in eadem ſcient a agunt.

11. Monuit apud pios Catholicos eſſe Quatuor magis nūc celebres Philoſophorum Scolas, *Thomiſtarum* ſcilicet, *Scotiſtarum*, *Nominalium*, ac *Societatis Ieſu*; *Societ.* enim *Ieſu* Doctores, licet in Theologicis quæſtionibus (in ijs tamen, quæ Philoſophicis principijs non innituntur) ſequi iuxta ſuas conſtitutiones S. Th. teneantur, ſicuti in Philoſophicis Ariſt. cum tamen ambigua ſit ſæpiſſimè Ariſtotelis ſententia, vt patet ex diſſidentibus in ſe toto cœlo interpretibus, modò *D.Thomæ*, modò *Scoto*, modò *Nominalibus*, modò alijs, qui doctrinam profitentur Peripateticam, adhærent; Hinc variæ inter *Soc.Ieſu* Doctores, tum in editis libris, tum in illis, quas auditoribus ſuis deſcribendas tradunt quæſtionibus philoſophicis, ſententiæ extiterunt, ac exiſtunt in dies.

Scri-

dies. Certè illi non minus inuicem diſſident perſæpè, quam diſcrepet Scotus à D. Thoma, cum tamen Philoſophiæ Doctores ſe *Ariſtotelem* ſequi in ijs, quibus vel fides, vel ratio euidens non repugnat, apertè profiteantur, ſicuti quoque inter eos, qui D. Thomæ, vel Scoti adhærent doctrinæ, multiplices, imò & penitus oppoſitæ ſunt quandoque ſententiæ. Hoc autem ingentem *Soc. Ieſu Patribus* honorem addidit, cum multiplicem philoſophantium, ac philoſophicorum voluminum attulerit numerum: ingens quoq; hinc Catholicę Eccleſiæ bonum acceſſit, cum tot filios ſapiẽtia illuſtres ſuo ſinu fouerit, foueatque, qui ſi vni obligati fuiſſent, vel obligarentur ſententiæ, omnes fermè a ſcribendo, ac publicè legendo ſe retraxiſſent, vel retraherent; cum enim hæc religioſa familia ſit ingenioſorum virorum fœcundiſſima parens, illi vni conſecrare ſententiæ ingenium ſuum, in Philoſophicis maximè, nollent: ingens quoque in litterarium mundum deriuauit commodum, cum eorum quiſque Philoſophiæ fines propagare, vel acquiſitam poſſeſſionem reddere

fœcun-

fœcundiorem conatus fuerit; pręterquam quod Auctores, quos ſequuntur, celebriores reddunt hi *Soc. Ieſu* Doctores; dum enim eorum quiſque *Ariſtotelem*, & *D. Thomam* in ſuam pertrahere ſententiam nititur eos interpretans, ſe multifacere vtrumque certò pręditcat. Quamuis ergo hoc verum ſit, Soc. tamen Ieſu Philoſophi ferè omnes celebriores, quemadmodum & Theologi, in aliquibus conueniunt: qua de cauſa *Michael Zanardus* e Thomiſtis Philoſophus, ac Theologus non ignobilis inter Scolas *Societatē Ieſu* recenſet; cuius veſtigijs inſiſtit *Complutenſe Carmelitarum Diſcalceatorum Collegium*. Dixit, eſſe Quatuor magis celebres apud pios Catholicos Philoſophorum Scolas, quia licet ſciat aliquos *Platonicam Philoſophiā* amplexos iam fuiſſe, & modò amplecti; alias quoque ſectas numerari pro Principe Ariſtotelem habentes, vt *Auerroiſtarum*, ſiue *Arabum*, & *Alexandreorum*, ſiue *Græcorum*; aliam quoque eſſe ſectam Medicorum nonnullorum Ariſtoteli penitus aduerſantium; aliam aliorum in falſiſſimum omniū ſenſum Ariſtotelis verba interpretantium;
nouit

nouit tamen quoque *Platonicam Philoſophiam* paucos enumerare poſſe patronos; *Auerroiſtarum* verò, & *Arabum*, *Alexandræorum*, & *Græcorum*, ſectas, vt potè Philoſophorum parùm rectè ſentientium, & contra fidem noſtram multa aſſerentium, pias Catholicorum mentes deteſtari, ſicuti quoque apud eaſdem malè audire Philoſophos, qui vel non ſequũtur Ariſtotelem, vel eius verba in falſum detorquere ſenſum nituntur; eos, quia modò multæ Theologicæ concluſiones aliquibus Ariſtotelicis principijs innituntur, vt patet præſertim apud *D. Thom.* 2.2. & quia magis acutam & accuratam, vt plerique fatentur, philoſophandi rationem, reſpuunt: iſtos, quia Philoſophiam falſam, imò potius non Philoſophiam, ſed Sophiſticam tradunt: qui prçterea ſe deridendos exhibent, cum Ariſtotelem, quem miris efferunt laudibus, falſitatis auctorem faciant, adeoq; nobilem inſipientiæ notam illi inurant. Hac de cauſa eorum, qui Theologiæ operam non dederunt, Philoſophica opera non niſi poſt diligens examen admittenda ſunt, duplici ex cauſa. *Prima*,

 ne fal-

ne falſitas ediſcatur; Philoſophi enim antiqui in multis lapſi ſunt, vt *Monito primo* dictũ eſt, & *parte Quinta* etiam docebitur: & cum in pluribus errauerint principijs, vt multas illationes falſas ex falſis collegerint principijs, neceſſe eſt; licet enim paruus ſit in principio error, 1.*de Cœlo t.33.* is fieri in fine maximus traditur: & tamen *veritas* eſt vnicum intellectus bonum; quæ cum ex fidei principijs habeatur, maximè conformia tradit humanæ intelligentiæ principia Fides noſtra; atque adeò grauem humano intellectui faciunt iniuriam illi, qui Philoſophica principia (quæ meritò dixeris principia ſophiſtica, & vana) fidei contraria tradunt. *Secunda;* quia lumen naturale noſtrum multis obſitum eſt tenebris, vt etiam 2.*Metap. initio* habetur; quare, niſi cæleſte lumen affulgeat, quod ex Theologia habetur, noſtræ mentis oculus ad veritatis ſolem caligabit; illum autem magis obtenebrãt illi, qui Philoſophiç principia fidei diſſona docent. Quamobrem meritò *P. Antonium Poſſeuinum lib.13. Bibliot. ſelectæ c.4.* ſcripſiſſe innuit, *maximè expediens fore, vt qui veram philoſo-*

loſophiam docturus eſſet, is Theologiam primò didiciſſet, ex qua tanquam ex petra illud excuteret lumen, quod Deo non mentiente, ac reuelante nixum omnem excludit dubitationem; quam facem qui ſibi non prætulerunt, vel ſi qui prætulerunt ad tempus, mox tamen proprium ſecuti ſunt ſenſum, in denſiſſimas ſalebras impegerunt, ex quibus eluctari nullatenus potuere, & cum ex nutantibus principijs plurima excluſiſſent potius, quam concluſiſſent, fœda illa veritatis ignoratio mundum inuoluit, quæ non veritatis partum, ſed erroris abortum, ac monſtra peruerſiſſima, noſtris etiam ſæculis; nedum Euſebianis, edidit. Addidit autem, ſibi veroſimile videri, eos qui cum piorum laude Philoſophiam tradunt, Theologię etiam peritos eſſe, in quam priuatis quoque in ædibus incumbere potuerunt; qui enim veram didicit Philoſophiam, facilè Theologicos percipere poterit libros, ac Theologicis informari pronunciatis.

12. Monuit Theologiæ imperitum mutilam quoque traditurum Philoſophiam; quot enim quæſtiones nouas Philoſophis examinãdas obtulit fides noſtra? *vt quid ſit Subſiſtentia*

cuius cognitionem aſſecuti videmur ex myſterio Incarnationis, in quo nolènte Deo ad humanæ ſubſiſtentię emanationem concurrere, natura humana per *ſubſiſtentiam verbi* facta eſt ſubſiſtens; *an nouo concurſu, & in quonam genere cauſæ ſuſtentētur extra ſubiectū accidentia*, qualia ſunt Euchariſtica, *an idem corpus duobus in locis circumſcriptiuè eſſe poſſit*, ſicuti idem Chriſti Domini Corpus eſt in Cœlo circumſcriptiuè, & in pluribus hoſtijs definitiuè, *an accidentia omnia, quæ ſunt in Carolo Ferrarię exiſtente, replicarentur cum Carolo Romæ replicato, &c.* hæc autem, & his ſimilia Theologię ignarus exactè tradere non poteſt. Equidem, niſi aliqua ſtatuantur principia Theologica, non licebit certò cognoſci, *quid ſit accidens, quænam ſit eſſentia Quantitatis*, quæ communiter eſſe accidens à ſubſtantia, & reliquis accidentibus materialibus diſtinctum cenſetur, aliaq; id genus. Quod autem, inquiunt nonnulli, *has quæſtiones diſcutere Philoſophi munus non eſſe*, facilè reijcitur, tum philoſophorum primarum partium exemplo, qui de his in philoſophicis libris, ſcriptiſque egerunt, aguntque;

que;

que; tum quia Theologicæ concluſiones in rigore ſunt illæ tantum, quæ ab vna præmiſſa ſaltem de fide dependent; cognitio autem exacta, *quid ſit ſubſiſtentia, quotuplex ſit, quænam eius cauſæ, &c.* non ab aliqua præmiſſa de fide dependet; etiamſi diſtinctionis ſubſiſtentiæ a natura cognitionem haberi tantum ex Incarnationis miſterio daremus. Potiùs ergo reprehendendi Theologi eſſent, qui in alienam meſſem falcem immittunt de Philoſophicis agentes, quam Philoſophi eas agitantes quęſtiones, quæ non niſi remotè fidei principijs innituntur; concluſiones enim huiuſmodi ſunt Philoſophicæ, ſicuti quoque ſunt metaphyſicæ concluſiones multę, quę remotè principijs phyſicis nituntur. Hinc agnoſcere poteſt in Philoſophiam incumbens, quam amplā rerum cognitionem ſibi vindicet Philoſophia, quæ non purè humanas, verùm etiam eas, quæ ad lumen ſupernaturale ſpectant aliqua ratione, ſolerter indagat veritates; quare ſi Platonem Ariſtoteles viginti audiuit annos, multò plures ſub eius diſciplina inſumpſiſſet, ſi eum de rebus, quæ in fide fundantur,

tur, differentem audire potuiſſet. Quod verò præterea inquiunt alij, parùm intereſſe, *dum affirmatur*, hoc Theologos aſſerere, illud Philoſophos; *Ineptè*, & *malitioſè* dicitur. *Ineptè*, quia Theologia, quæ fidei principijs innititur, non poteſt non vera colligere: ſi ergo Theologica concluſio neceſſariò eſt vera, illi contradictoria erit neceſſario falſa, atq; adeò habitus, qui concluſiones fidei decretis oppoſitas tradit, erit falſa, & apparens Philoſophia, & non niſi æquiuocè Philoſophia appellanda erit. *Malitioſè*, quia in huiuſmodi dicto venenum latet, vt animaduertit *Card. Toletus in Præf. ad Phyſ. libros*; cum Theologorũ nomine ipſam Theologiam, fidem, ac religionem noſtram, Philoſophorum verò nomine Philoſophiam ipſam facilè quiuis intelligat; & cum hi in ſuis pronunciatis Philoſophos Theologis præferant, non ſolùm ipſam (quod graue malum eſt) Theologiam, verum etiam fidem contemptui exponunt, quaſi ab illis inepta, & humanæ aduerſantia rationi edoceantur, cum tamen fides non ſit contra naturam, ſed ad ſummum ſupra naturam. Ad-

dit

dit idem *Toletus q.* 2. *in lib.* 2. *de Anima*, in his etiam vocibus, *Hoc ſecundum Ariſtotelem eſt verum, vel probabile*, non nihil impietatis ſubeſſe, cum penè idem apud pleroſque valeat hæc vox (ſecundum Ariſtotelem) ac illa (ſecundum Philoſophiam) damnata in Concilijs quæ fidei repugnant non eſſe ſecundùm Philoſophiam veram decernentibus; verum enim vero non contradicit. Cum ergò *Philoſophi Latini* in *quatuor* enumeratas claſſes tributi, ſint quoque Theologi, eorum doctrinam præter cæteras pius Philoſophus iure optimo amplectitur.

13. Monuit *Thomiſticam Scolam Realium* nomen Philoſophorum ſibi peperiſſe, *Scotiſticam Formalium*, & *Nominalem Connotatiſtarum*; *Societatem verò Ieſu* in varias claſſes tributam eſſe; Hiſpani enim Philoſophi, & qui Philoſophiam prælo commiſerunt in *Realium* maximè ſectam abiere; in cæteris verò *Soc. Ieſu* Academijs aliqui *Formalibus*, aliqui *Connotatiſtis* adhærent: neque deeſt, qui pro diuerſis Philoſophicis quæſtionibus omnes amplectatur ſectas. Qui autem *Reales* ſe eſſe profitentur

diuiſi ſunt. *Primò* enim aliqui *entitates ſimpliciter reales*, ſiue quæ poſſunt a ſubiecto ſeiunctæ exiſtere, admittunt: v. g. dicunt, *Relationem Paternitatis*, a qua denominatur v g. Petrus, qui Paulum genuit, *Pater*, eſſe quoddam ens a parte rei, quo non ſolum priuari poteſt Petrus, ita vt eo ablato non amplius Pater diceretur, verum etiam eius generis eſſe, vt diuina ſaltem virtute extra ſubiectum ſeruari poſſit, ſicuti quoq; Euchariſtica accidentia nulli innixa ſubiecto exiſtũt. *Secundò* alij *entitates ſecundùm quid Reales* admittunt; aſſerũt enim, *Paternitatem* eſſe quidem Realem entitatem in hoc ſenſu; quod intellectu, vt exiſtat haud opus ſit, ſimulque ſit ens verè a Petro diſtinctum, eiuſmodi tamen, vt Petrus ſine ipſo, non autem ipſum ſine ſubiecto *faciente* etiam *Deo potentiam in brachio ſuo* exiſtere queat: Omnis enim modalis entitas alicui ſubiecto ineſt neceſſario; quicquid ſit an certum exigat ſubiectum v. g. an Paternitas, quæ eſt in Petro, a Deo reponi poſſit in Ioanne, qui Philippum genuit. Huiuſmodi entitatem ſimillimam accidentibus, formęq; ſubſtantiali

agnitis

agnitis ab antiquioribus Peripateticis, qui omne accidens affixum eſſe ſubiecto, omnemque materialem formam materiæ affixam eſſe neceſſariò putarunt, admittunt omnes fermè Societatis Ieſu Philoſophi, ac Theologi, qui libros euulgarunt, *Modumq;* appellant: ex ijs verò pauciſſimi formalitates, vel connotata recipiunt. Dupliciter autem ſubiectum cum modo ſe habet; *Primò*, cum eſſe ſine *modo* poteſt, licet modus non ſine ſubiecto, vt de Paternitate iam dictum eſt. *Secundò*, cum ſubiectū non eſſe quidē poteſt ſine modo aliquo, ſine hoc tamen certo poteſt: *Ex.gr.* Nequit vllum eſſe corpus, quin in aliquo ſit loco, ſiue abſq; Vbi intrinſeco; poteſt tamen ſine hoc certo eſſe, eſt enim idem corpus quod eſt in templo, & in platea &c. *Formales* verò aſſerunt in natura aliquid dari, quod nomine entis appellare nolunt; etenim entis nomen apud eos tantùm inuenit id, quod propriam habet exiſtentiam, productionem, & corruptionem, quod realem aliquam in ſubiecto mutationem facit; hæc autem formalitati non conueniunt, quæ licet idem realiter

cum

cum ſubiecto ſit, quã de re ab eo ſeiungi non poteſt, non eſt tamen formaliter idem à parte rei (quæ diſtinctio propriè *non idemtitas formalis* dici poteſt) cum ſubiecto, non propriam habet exiſtentiam, non mutationem in ſubiecto facit, cum quo nec compoſitionem facit, nec propriam habet productionem; quę omnia tamen conueniunt modis, ſi *Actionem* in hoc excipias, quod ipſa non producitur niſi *Vt quo*, ſicuti nec albedo eſt alba, niſi *Vt quo*, cum tamen cæteri modi, *Vt quod* producantur: quare *Formalis* diſtinctio *Modali* diſtinctione minor eſſe dicitur. Formalitatum verò auctores adhuc diuiſi ſunt; nam aliqui, *Primò*, has nunquam eſſe de nouo in ſubiecto putant; quamobrem aſſerunt *Ex. gr.* Paternitatis formalitatem ſemper in Petro extitiſſe, licet actu illi Patris denominationem non tribuerit, quia ſcilicet aliquod extrinſecum, ſiue filij generatio, deerat. Hi etiam dicunt Deum habuiſſe ſibi quidem ab æterno idemtificatas realiter formalitates iuſtitiæ, miſericordiæ, &c. licet non denominatus fuerit iuſtus, vel miſericors, niſi dum obiectum fuit, circa quod

exer-

èxerceret actum miſericordiæ, vel iuſtitiæ, &c. quæ obiecta realiter non ab ęterno, ſed in tempore fuerunt. ſimiliter hi docent, vt Petrus dicatur *Subſtantia*, vel *Corpus*, &c. haberi a *ſubſtantiæ*, *Corporis*, &c. formalitatibus diſtinctis tum inter ſe, tum ab hecceitate, ſiue ſingularitate Petri; ita vt cuilibet conceptui diſtincto, quem de vnaquaque re efformo, reſpondeat in illa aliquid a parte rei diſtinctum. Alij *Secundò* formalitates ſolùm de nouo aduenientes admittunt; tradunt enim, vt Petrus dicatur Pater, non tantùm aduenire eam denominationem, verum etiam formam Paternitatis, a qua intrinſecè denominetur Pater; Quomodo autem huiuſmodi formalitates à modis diſiungant, difficilè explicant, & ſepè in vocibus ludunt; cum tamen par eſſet, vt quiuis a Sapientibus Philoſophis receptas iam voces vſurparet, maximè cum in his a cæteris diſcedere nihil ingenioſum dicat. Hi autem nullas in Deo, vel Gradibus Metaphyſicis formalitates concedunt. Sunt verò nonnulli, qui vtramque admittunt ſententiam, quemadmodum & ex realibus aliqui entia realia,

& *ſim-*

& *ſimpliciter*, & *Secundum Quid* admittunt in diuerſis tamen quęſtionibus: *ex gr. Paternitatem* eſſe *entitatem realem ſimpliciter*, vnionem verò, qua corpus & anima nectuntur, eſſe *Modum* aſſerunt. *Connotatiſtæ* verò puri (quæ vox additur, cum etiam cæteri, qui aliquid intrinſecè importari volunt, aliquid extrinſecum admittant) nullam realitatem, vel formalitatem intrinſecam admittunt, ſed per aliquod extrinſecum de nouo additum omnes denominationes haberi docent: tradũt enim, ex eo tantùm, quod Petrus generet, & Paulus ſit genitus, abſque vllo alio ſuperaddito Petrum denominari Patrem: nõ poteſt quidem Petrus ſe ſolo dici Pater, vbi autem eſt Paulus, tunc dicitur Pater, ſicuti eo quoque ablato, tollitur formaliter in Petro talis denominatio. Hi maximè inter cæteros docent, vt *Petrus dicatur ſubſtantia*, *Corpus*, &c. non haberi ex aliquo ab ipſa Petri entitate diſtincto, ſed ab ipſomet intellectu Petrum concipiente ſub ratione *ſubſtantiæ*, ſiue *entis per ſe ſubſiſtentis*, ſub ratione *Corporis*, ſiue *entis quantitatem exigentis*: Qua de re ab illis Metaphyſici gradus

for-

formaliter, ſiue per intellectum diſtingui dicuntur: quod idem potiori iure de Diuinis attributis affirmant. Ad *Connotatiſtas* accedunt recentiores nonnulli, qui putant Paternitatem v. g. nihil aliud eſſe prorſus realiter quam & Petrum generantem, & Paulum genitum: ab ijs vero diſcrepant, quatenus affirmant æquè principaliter, & in recto vtrumq; importari, quod Nominales non concedere ſolent docentes relationem Paternitatis eſſe in Petro v. g. totam ſecundum eſſentialia, & ſecundum quod intrinſecè, & principaliter dicit; ſecundum verò terminationem, & extrinſecum, & quod minus principaliter importat, eſſe in termino, ſiue terminum v. g. Paulum genitum eſſe illud, ad quod neceſſariò concipi debeat tanquam ordinem habens relatio paternitatis, quæ eſt in Petro: nam ſi æquè, & in recto concipiatur Petrus Genitor, & Paulus Genitus, erit potius binarij conceptus, non verò relationis, cum tamen ex cõmuni ſenſu alius ſit binarij, alius relationis conceptus; neq; enim dum viſiuam potentiam cognoſco ad colorem referri, vel colorem eſſe

id, ad

id, ad quod terminatur potentia viſiua per ſuos actus, erit ille binarij conceptus. Qui hanc amplectuntur ſententiam Philoſophi *Abſoluti* appellari poterunt: ſicuti hic terminus, *Homo*, *Abſolutus* dicitur, quia Animal & Rationale, Corpus & Animam in Recto importat: cum e contra hæc vox *Cœna*, quæ *Connotatiuus* terminus eſt, in recto comeſtionem, in obliquo veſpertinum tempus importet. Hinc quatuor Diſtinctionum genera apud Philoſophos vulgata eruuntur; aliqua enim *Realiter* diſtinguuntur: & hoc dupliciter; vel *Realiter ſimpliciter*, vel *Realiter ſecundùm quid*, ſiue *modaliter*: Alia diſtinguuntur *Formaliter*, ſed *a parte rei*, ſeu *nemine cogitante*, ſed vel formalitate ſemper inexiſtente, vel de nouo adueniente: Alia diſtingui *formaliter* dicuntur, ſiue *per Intellectum*, ita vt niſi hic eſſet, nulla daretur in Deo, vel gradibus Metaphyſicis, ac ſimilibus diſtinctio a parte rei, cum tamen Formaliſtæ velint, etiamſi intellectus implicaret: in Petro adhuc rationem ſubſtantiæ diſtinctā eſſe a ratione corporis, &c. Attēdēdum eſt igitur, in diſputationibus præſertim, diligen-

ligenter, in quonam ſenſu vox iſta inter cæteras, *formaliter*, ſumatur: nam aliquando ſumitur, prout opponitur *realiter*, ſiue prout opponitur entitati quæ ſit realis vel ſimpliciter, vel ſecundum quid: aliquando verò prout opponitur illi, quod *eſt à parte rei*, vel ſit formalitas, vel entitas realis, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid. Alia diſtingui dicuntur, tanquam *Connotatum*, ſiue tanquam terminus, vel quid minus principaliter ſe habens.

14. Monuit, inter principia a pleriſque Philoſophis; & Nominalibus maximè frequentiſſimè vſurpata eſſe hoc, *Non ſunt entia ſine neceſſitate multiplicanda*. Probare v.g. volentes, rem nullam de nouo produci, vel exiſtere in Petro, dum generat Paulum, ſic argumentantur. *Poteſt Petrus ex eo tantùm, quod Paulus ſit ab ipſo genitus, denominari Pater: ergo fruſtra alia Paternitatis forma additur*. Conſequentiam probant ex hoc Principio, *non ſunt multiplicanda*, &c. & dummodò non neceſſariò aliquid ſuperadditum dari euincant, opinionem ſuam huiuſmodi entia reprobantem euidentem exiſtimant aliqui, alij verò ſaltem

cæteris

cæteris probabiliorem. Quoniam verò in huius Axiomatis intelligentia, ac explicatione multæ innituntur Philoſophicæ, concluſiones, ideò Aſſeruit. *Primò*, huiuſmodi principium non eſſe clariſſimè verum, ſi de omnimoda intelligatur neceſſitate, ideſt, nullum ens admittendū eſſe, niſi id ſit omninò euidens; nam hac ratione explicatum negant Primò Philoſophi reales, ac formales, qui cum realitates, ac formalitates ſuas a multis ingenioſis viris non admitti ſciant, adeoq; ex *monito* 5. non euidenter etiam ipſi agnoſcant illas admittendas eſſe, à ſua tamen non recedũt ſententia. Secundo in nonnullis quæſtionibus aliqui apertè illud non recipiunt, vt inter cęteras in potentiarum ab anima diſtinctione, quam cum alijs concedunt, *Toletus* 2. *de Anima quaſt.* 9. *Suarez diſput.* 18. *Metaph.* 5. 3. & 2. *de Anima num.* 5. *ac Raynaudus in Theolog. nat. diſt.* 4. *n.* 6. qui tamen oẽs vnanimiter hanc diſtinctionem dari non euidens eſſe fatentur Tertiò nõ videtur in eorum ſentẽtia admitti, qui pro terminorum multitudine multiplices relationes inuexerunt, & ita in Petro, qui

tres

qui tres genuit filios, tres paternitatis formas reponunt; verum etiam nec in communiori ſententia putante, dum Petrus Paulum generat, non tantùm dari nouam in Petro Paternitatis formam, verum etiam in Paulo genito dari aliam, a qua filius dicatur; cum tamen ſatis eſſe ad éas denominationes videatur vnica forma; neq; enim fieri poſſe videtur, vt Petrus Pater dicatur, & eo ipſo Paulus genitus Filius etiam appellari iure nō poſſit. Quartò illud ita Metaphyſicè explicatum non admittunt qui infinitas partes actu diſtinctas in continuo eſſe ſcribunt, & qui Vbi, & Durationes, quas eſſe entitates modales concedunt, cuilibet entitati, quæ in compoſito reſideat, liberaliter ſuperaddunt. Quinto neq; illi, qui Intellectum Agentem, & Paſſibilem, imò Speculatiuum, & Practicum diſtinguunt, quorū non paucos *Suar. lib. 4. de Anima c. 9.* recenſet. In quo nullam eſſe repugnantiam *Arriaga d. 3. de Anima num. 134.* aſſerit; & addit, multiplices etiam intellectus dari poſſe, quorum alter ſit ad aſſentiendum, ad diſſentiendum alter, ac ſimiliter multiplices voluntates, ex

quibus altera ſit ad amandum, altera ad odio habendum. Sexto neque illi, qui in materia ſubſtantiali vnicam potentiam ab ea diſtinctam reponunt accidentium receptiuam; *vt q. 21. s.6. Auerſa*; vel plures admittunt pro quolibet accidentium Prædicamento, vt multi Thomiſtæ, quos idem *Auerſa* refert; neq; ij, qui in eadem materia potentiam formæ ſubſtantialis receptiuam ab eius ſubſtantia diſtinctam, tanquam proprietatem ab ea neceſſariò emanantem concedunt; vel vnicam, vt *Themiſtius*, *Albertus*, *Venetus*, *Tartaretus*, *Contarenus*, *Raguſeius*, *alijq;* apud eumdem *Auerſam q.20. ſ.6.* quam ſententiam vt valdè probabilem *Toletus*, ac *Pererius* quoq; admittunt; vel plures realiter pro pluralitate formarum diſtinctas, vt *Ianduuus 1. Phyſ. q. 25.* & concedere videtur *Auerr. 12. Metaph. com. 10.* ſed clariſſimè illi fauet *Scotus in 4. diſt. 43. q. 3.* approbans modum dicendi, *quod a principio creationis in principio potentiali ſunt diſtinctæ potentiæ tot, quot ſunt formæ receptibiles, non tantùm diſtinctæ ſpecie, ſed numero, non præcisè tot, quoties illa forma poteſt induci, & vnaquaq;* illa-

illarum potentiarum deſinit eſſe adueniente ſuo actu proprio, nec illa redit, & tamen eadem forma poteſt redire, quia ad illam non erat tantum vnica potentia, ſed alia, & alia ſecundum quod erat alias, & alias inducibilis in idem principium potentiale. Videtur etiam fauere huic ſententiæ *D.Thomas* 1.*Phyſ.l.*15. dicens, potentiam materiæ eſſe vnam ſubiecto, ſed plures ratione: *eſſe* autem *plures ratione* diſtinctionem realem iuxta Ariſtotelicam phraſim ſignificare videtur, quam maximè D. Thomas æmulatur; ſic enim 2.*de anima te.*22. partes animæ eſſe ratione diſtinctæ dicuntur eſſe; quæ verba in D.Th.ac Thomiſtarū ſētētia animę potentias eſſe realiter diſtinctas indicant. His autem Philoſophis omnibus his adhęrentibus ſententijs eas videri perſpicuas, quis credat? *Secundò*, Axioma illud ſic explicatum videri poſſe falſum quoque. Primò, quia nulla eſt repugnantia, cur Deus materiam condere nō potuiſſet, quæ ſe ipſa quanta eſſet? & tamen quantitas ex ſententia Philoſophorum, ac Theologorum communiori eſt accidēs a materia diſtinctum; cur quoque ſublunaria cor-

pora materia, & forma ſubſtantiali carentia efformare non potuiſſet? Præterea quid impulit Deum, vt tot foſſilium, metallorum herbarum, animaliũq; ſpecies cõderet? an nõ vnica herba, in ſe cæterarũ virtutẽ recludẽs, ſatis erat? & ſi hæc tam multa, variaq; ad ipſius ornatum tantũmodo Deus munificentiſſimè terrarum orbi elargitus eſt, an non vero ſimile eſt, multa etiam ſubſtantiæ ad eius ornatum dumtaxat liberaliter conceſſiſſe? *Qualitas* certè *eſſe Accidens ornatiuum, ac perfectiuũ ſubſtantiæ* a multis dicitur. Secundò, eo nobiliorem arbitramur eſſe ciuitatẽ, quo plurium ciuium, artiumque frequentia celebratur; & illi inter principes, cæteris paribus, principatum deferimus, qui plures præ alijs ſuis obtemperãtes legibus habet: imò Deus ad hanc extrinſecam gloriam, quæ ex ſubditorum turba habetur, comparandam, innumerabilem Angelorum, aliarumq; creaturarum multitudinem euocauit ad lucem. Hinc Ariſtoteles quoque 4. *de Part. Animal. c.* 10. docet, quia homo prudentiſſimus eſt, ideò datas eſſe illi manus; qui enim prudentiſſimus eſt pluribus inſtru-

inſtrumentis vti poteſt, manus autem non videtur eſſe vnum inſtrumentum, ſed multa. Ergo cæteris paribus eò nobilior quoque erit ſubſtantia, quo pluribus exornata erit accidentibus ſuæ tamen naturæ congruis. Certè experimur ſubſtantiã, quo præſtantior eſt, eo plura ad ſui efformationem, atq; conſeruationem exigere. Tertiò, quia illud non fruſtrà ponitur, vt habet *D.Th.q.7.de Potent.a.9.* quod conuenientem in natura finem habet: ſi ergo aliqua recens forma ad nouum effectum formalem, quem cognoſcimus, a nobis ponitur, fruſtrà non erit; imò cum ex 2.*Metaph. te.* 16. & 1. *Eth.c.3.* non eſſe vbiq; perſpicuas rationes, ſed ſatis eſſe probabiliter philoſophari habeamus, ſi nouus erit effectus formalis, iure optimo noua cauſa poterit quoq; admitti. Quartò, in Diuina eſſentia nihil præter Perſonalitates diſtinctum eſt; nullaq; denominatio de nouo in Deo habetur ex aliquo in ipſamet Diuina natura intrinſecè recepto, ergo omnes phyſicas denominationes, quas creaturæ entitas ſortietur, ab aliquo intrinſeco diſtincto a ſe ſortietur. Conſequentia

probari poteſt; tum ex illo apud Theologos recepto Axiomate ex S. Dionyſio accepto, *Quæ diſperguntur in inferioribus, coadunantur in ſuperioribus*; tum quia creata ſubſtantia his affecta accidentibus ſe longè inferioris ordinis eſſe, quam Deum clariùs agnoſcit, dum ea, quæ Deus per idemtitatem habet, ipſamet per diſtinctionem obtinet. Quamobrem in beneficij ratione, licet non fortaſſe in ratione doni (in eo enim illius, cui confertur vtilitas, in hoc ipſius doni præſtãtia ſpectatur) maius quid fuit eam condere creaturam, vt nihil efficere, vel nouum in ſe recipere effectum formalem queat, niſi aliquo diſtincto ente adiuta. Quintò, quo perfectior eſt ars, eo plura ad opus adhibere ſolet inſtrumẽta, eaq; diſſimilia, ſi diſſimile eſt opus: ergo etiam natura, cuius ars æmula eſt, ad diuerſos, nouoſq; effectus, nouas cauſas, eaſq; diſtinctas requiret. Sextò, Ad aliqua faciliùs efficienda multa animalibus Deus tribuit; imò ars quoq; inſtrumenta quædam ad promptiùs opera abſoluenda conficere ſolet: eſt ergo etiã à pari valdè probabile Deum ſtatuiſſe, vt exiſtant

exiſtant illa, de quibus controuerſia eſt,an détur,entia,ad ſoluẽdas facilius difficultates,quę in Philoſophicę veritatis inquiſitione offerũt.

Tertiò, Axioma illud in aliquo ſenſu verum eſſe; non eſſe ſcilicet ad eumdem formalem effectum multiplicem ponendam entitatem, ſi vna ſufficit. v.g. ſi vnica Paternitatis forma ad Petrum, qui vnicum genuit filium, denominandum Patrem ſufficit, congruum eſt, vt duplex non concedatur. In hoc ſenſu locutus videtur Ariſtoteles, dum *primo Phyſicorum* tria eſſe tantùm ſubſtantialis mutationis principia aſſerit, ideſt, Materiam, formam, ac Priuationem.

Addidit ad hęc *Primò*, ab ipſis ėt aduerſarijs poſſe argumentũ deſumi idẽ ſuadens; *Arriaga* enim inter cęteros,qui ſępiſſimè illud *Principiũ* vſurpat, ab entium phyſicorum ſuperfluitate ad intentionalium entium ſuperfluitatem nõ licere nobis arguere docet *d.* 7. *Phy. nu.* 118. quia ſcilicet intentionalia entia ad ſubſtantiæ vitaliter operantis perfectionem requiruntur. Sed etiam phyſicorum entium multitudo in ſubſtantia perfectionem arguit, tùm ex mo-

id, ad quod terminatur potentia viſiua per ſuos actus, erit ille binarij conceptus. Qui hanc amplectuntur ſententiam Philoſophi *Abſoluti* appellari poterunt: ſicuti hic terminus, *Homo*, *Abſolutus* dicitur, quia Animal & Rationale, Corpus & Animam in Recto importat: cum e contra hæc vox *Cœna*, quæ *Connotatiuus* terminus eſt, in recto comeſtionem, in obliquo veſpertinum tempus importet. Hinc quatuor Diſtinctionum genera apud Philoſophos vulgata eruuntur; aliqua enim *Realiter* diſtinguuntur: & hoc dupliciter; vel *Realiter ſimpliciter*, vel *Realiter ſecundùm quid*, ſiue *modaliter*: Alia diſtinguuntur *Formaliter*, ſed *a parte rei*, ſeu *nemine cogitante*, ſed vel formalitate ſemper inexiſtente; vel de nouo adueniente: Alia diſtingui *formaliter* dicuntur, ſiue *per Intellectum*, ita vt niſi hic eſſet, nulla daretur in Deo, vel gradibus Metaphyſicis, ac ſimilibus diſtinctio a parte rei, cum tamen Formaliſtæ velint, etiamſi intellectus implicaret. in Petro adhuc rationem ſubſtantiæ diſtinctã eſſe a ratione corporis, &c. Attēdēdum eſt igitur, in diſputationibus præſertim, diligen-

ligenter, in quonam ſenſu vox iſta inter cæteras, *formaliter*, ſumatur: nam aliquando ſumitur, prout opponitur *realiter*, ſiue prout opponitur entitati quæ ſit realis vel ſimpliciter, vel ſecundum quid: aliquando verò prout opponitur illi, quod *eſt à parte rei*, vel ſit formalitas, vel entitas realis, ſiue ſimpliciter, ſiue ſecundum quid. Alia diſtingui dicuntur, tanquam *Connotatum*, ſiue tanquam terminus, vel quid minus principaliter ſe habens.

14. Monuit, inter principia a pleriſque Philoſophis; & Nominalibus maximè frequentiſſimè vſurpata eſſe hoc, *Non ſunt entia ſine neceſſitate multiplicanda*. Probare v.g. volentes, rem nullam de nouo produci, vel exiſtere in Petro, dum generat Paulum, ſic argumentantur. *Poteſt Petrus ex eo tantùm quod Paulus ſit ab ipſo genitus, denominari Pater: ergo fruſtra alia Paternitatis forma additur*. Conſequentiam probant ex hoc Principio, *non ſunt multiplicanda*, &c. & dummodò non neceſſariò aliquid ſuperadditum dari euincant, opinionem ſuam huiuſmodi entia reprobantem euidentem exiſtimant aliqui, alij verò ſaltem

cæteris

cæteris probabiliorem. Quoniam verò in huius Axiomatis intelligentia, ac explicatione multæ innituntur Philoſophicæ conclusiones, ideò Aſſeruit. *Primò*, huiuſmodi principium non eſſe clariſſimè verum, ſi de omnimoda intelligatur neceſſitate; ideſt, nullum ens admittendũ eſſe, niſi id ſit omninò euidens; nam hac ratione explicatum negant Primò Philoſophi reales, ac formales, qui cum realitates, ac formalitates ſuas a multis ingenioſis viris non admitti ſciant, adeoq; ex *monito* 5. non euidenter etiam ipſi agnoſcant illas admittendas eſſe, a ſua tamen non recedũt ſententia. Secundo in nonnullis quæſtionibus aliqui apertè illud non recipiũt, vt inter cęteras in potentiarum ab anima diſtinctione, quam cum alijs concedunt, *Toletus* 2. *de Anima quæſt.* 9. *Suarez diſput.* 18. *Metaph.* 5. 3. *&* 2. *de Anima num.* 5. *ac Raynaudus in Theolog. nat. diſt.* 4. *n.* 6. qui tamen oẽs vnanimiter hanc diſtinctionem dari non euidens eſſe fatentur Tertiò nõ videtur in eorum ſentẽtia admitti, qui pro terminorum multitudine multiplices relationes inuexerunt, & ita in Petro, qui

tres

qui tres genuit filios, tres paternitatis formas reponunt; verum etiam nec in communiori ſententia putante, dum Petrus Paulum generat, non tantùm dari nouam in Petro Paternitatis formam, verum etiam in Paulo genito dari aliam, a qua filius dicatur; cum tamen ſatis eſſe ad eas denominationes videatur vnica forma; neq; enim fieri poſſe videtur, vt Petrus Pater dicatur, & eo ipſo Paulus genitus Filius etiam appellari iure nō poſſit. Quartò illud ita Metaphyſicè explicatum non admittunt qui infinitas partes actu diſtinctas in continuo eſſe ſcribunt, & qui Vbi, & Durationes, quas eſſe entitates modales concedunt, cuilibet entitati, quæ in compoſito reſideat, liberaliter ſuperaddunt. Quinto neq; illi, qui intellectum Agentem, & Paſſibilem, imò Speculatiuum, & Practicum diſtinguunt, quorū non paucos *Suar.lib.4.de Anima c.9.* recenſet. In quo nullam eſſe repugnantiam *Arriaga d.3.de Anima num.*134. aſſerit; & addit, multiplices etiam intellectus dari poſſe, quorum alter ſit ad aſſentiendum, ad diſſentiendum alter, ac ſimiliter multiplices voluntates, ex

quibus altera ſit ad amandum, altera ad odio habendum. Sexto neque illi, qui in materia ſubſtantiali vnicam potentiam ab ea diſtinctam reponunt accidentium receptiuam; *vt q. 21. s. 6. Auerſa*; vel plures admittunt pro quolibet accidentium Prædicamento, vt multi Thomiſtæ, quos idem *Auerſa* refert; neq; ij, qui in eadem materia potentiam formæ ſubſtantialis receptiuam ab eius ſubſtantia diſtinctam, tanquam proprietatem ab ea neceſſariò emanantem concedunt; vel vnicam, vt *Themiſtius*, *Albertus*, *Venetus*, *Tartaretus*, *Contarenus*, *Raguſeius*, *alijq;* apud eumdem *Auerſam q. 20. ſ. 6.* quam ſententiam vt valdè probabilem *Toletus*, ac *Pererius* quoq; admittunt; vel plures realiter pro pluralitate formarum diſtinctas, vt *Iandunus 1. Phyſ. q. 25.* & concedere videtur *Auerr. 12. Metaph. com. 10.* ſed clariſſimè illi fauet *Scotus in 4. diſt. 43. q. 3.* approbans modum dicendi, *quod a principio creationis in principio potentiali ſunt diſtinctæ potentiæ tot, quot ſunt formæ receptibiles, non tantùm diſtinctæ ſpecie, ſed numero, non præcisè tot, quoties illa forma poteſt induci, & vnaquaq;*
illa-

illarum potentiarum deſinit eſſe adueniente ſuo actu proprio, nec illa redit, & tamen eadem forma poteſt redire, quia ad illam non erat tantum vnica potentia, ſed alia, & alia ſecundum quod erat alias, & alias inducibilis in idem principium potentiale. Videtur etiam fauere huic ſententiæ *D.Thomas* 1.*Phyſ.l.*15. dicens, potentiam materiæ eſſe vnam ſubiecto, ſed plures ratione: *eſſe* autem *plures ratione* diſtinctionem realem iuxta Ariſtotelicam phraſim ſignificare videtur, quam maximè D. Thomas æmulatur; ſic enim 2.*de anima te.*22. partes animæ eſſe ratione diſtinctæ dicuntur eſſe; quæ verba in D.Th.ac Thomiſtarũ sẽtẽtia animę potentias eſſe realiter diſtinctas indicant. His autem Philoſophis omnibus his adhęrentibus ſententijs eas videri perſpicuas, quis credat? *Secundò*, Axioma illud ſic explicatum videri poſſe falſum quoque. Primò, quia nulla eſt repugnantia, cur Deus materiam condere nõ potuiſſet, quæ ſe ipſa quanta eſſet? & tamen quantitas ex ſententia Philoſophorum, ac Theologorum communiori eſt accidẽs a materia diſtinctum; cur quoque ſublunaria cor-

pora materia, & forma ſubſtantiali carentia efformare non potuiſſet? Præterea quid impulit Deum, vt tot foſſilium, metallorum herbarum, animaliũq; ſpecies cõderet? an nõ vnica herba, in ſe cæterarũ virtutẽ recludẽs, ſatis erat? & ſi hæc tam multa, variaq; ad ipſius ornatum tantũmodo Deus munificentiſſimè terrarum orbi elargitus eſt, an non vero ſimile eſt, multa etiam ſubſtantiæ ad eius ornatum dumtaxat liberaliter conceſſiſſe? *Qualitas* certè *eſſe Accidens ornatiuum, ac perfectiuũ ſubſtantiæ* a multis dicitur. Secundò, eo nobiliorem arbitramur eſſe ciuitatẽ, quo plurium ciuium, artiumque frequentia celebratur; & illi inter principes, cæteris paribus, principatum deferimus, qui plures præ alijs ſuis obtemperãtes legibus habet: imò Deus ad hanc extrinſecam gloriam, quæ ex ſubditorum turba habetur, comparandam, innumerabilem Angelorum, aliarumq; creaturarum multitudinem euocauit ad lucem. Hinc Ariſtoteles quoque 4. *de Part. Animal. c.* 10. docet, quia homo prudentiſſimus eſt, ideò datas eſſe illi manus; qui enim prudentiſſimus eſt pluribus

inſtru-

inſtrumentis vti poteſt, manus autem non videtur eſſe vnum inſtrumentum, ſed multa. Ergo cæteris paribus eò nobilior quoque erit ſubſtantia, quo pluribus exornata erit accidentibus ſuæ tamen naturæ congruis. Certè experimur ſubſtantiã, quo præſtantior eſt, eo plura ad ſui efformationem, atq; conſeruationem exigere. Tertiò, quia illud non fruſtrà ponitur, vt habet *D.Th.q.7.de Potent.a.9.* quod conuenientem in natura finem habet: ſi ergo aliqua recens forma ad nouum effectum formalem, quem cognoſcimus, a nobis ponitur, fruſtrà non erit; imò cum ex 2.*Metaph.te.* 16. & 1. *Eth.c.3.* non eſſe vbiq; perſpicuas rationes, ſed ſatis eſſe probabiliter philoſophari habeamus, ſi nouus erit effectus formalis, iure optimo noua cauſa poterit quoq; admitti. Quartò, in Diuina eſſentia nihil præter Perſonalitates diſtinctum eſt, nullaq; denominatio de nouo in Deo habetur ex aliquo in ipſamet Diuina natura intrinſecè recepto, ergo omnes phyſicas denominationes, quas creaturæ entitas ſortietur, ab aliquo intrinſeco diſtincto a ſe ſortietur. Conſequentia

probari poteſt ; tum ex illo apud Theologos recepto Axiomate ex S. Dionyſio accepto, *Quæ diſperguntur in inferioribus, coadunantur in ſuperioribus*; tum quia creata ſubſtantia his affecta accidentibus ſe longè inferioris ordinis eſſe, quam Deum clariùs agnoſcit, dum ea, quæ Deus per idemtitatem habet, ipſamet per diſtinctionem obtinet. Quamobrem in beneficij ratione, licet non fortaſſe in ratione doni (in eo enim illius, cui confertur vtilitas, in hoc ipſius doni præſtãtia ſpectatur) maius quid fuit eam condere creaturam, vt nihil efficere, vel nouum in ſe recipere effectum formalem queat, niſi aliquo diſtincto ente adiuta. Quintò, quo perfectior eſt ars, eo plura ad opus adhibere ſolet inſtrumẽta, eaq; diſſimilia, ſi diſſimile eſt opus: ergo etiam natura, cuius ars æmula eſt, ad diuerſos, nouoſq; effectus, nouas cauſas, eaſq; diſtinctas requiret. Sextò, Ad aliqua faciliùs efficienda multa animalibus Deus tribuit; imò ars quoq; inſtrumenta quædam ad promptiùs opera abſoluenda conficere ſolet: eſt ergo etiã à pari valdè probabile Deum ſtatuiſſe, vt exi-
ſtant

exiſtant illa, de quibus controuerſia eſt,an détur,entia,ad ſoluēdas facilius difficultates,quę in Philoſophicę veritatis inquiſitione offerūt.

Tertiò, Axioma illud in aliquo ſenſu verum eſſe; non eſſe ſcilicet ad eumdem formalem effectum multiplicem ponendam entitatem, ſi vna ſufficit. v.g. ſi vnica Paternitatis forma ad Petrum, qui vnicum genuit filium, denominandum Patrem ſufficit, congruum eſt, vt duplex non concedatur. In hoc ſenſu locutus videtur Ariſtoteles, dum *primo Phyſicorum* tria eſſe tantùm ſubſtantialis mutationis principia aſſerit, ideſt, Materiam, formam, ac Priuationem.

Addidit ad hęc *Primò*, ab ipſis ėt aduerſarijs poſſe argumentū deſumi idē ſuadens; *Arriaga* enim inter cęteros, qui ſępiſſimè illud *Principiū* vſurpat, ab entium phyſicorum ſuperfluitate ad intentionalium entium ſuperfluitatem nō licere nobis arguere docet *d.7. Phy. nu.* 118. quia ſcilicet intentionalia entia ad ſubſtantiæ vitaliter operantis perfectionem requiruntur. Sed etiam phyſicorum entium multitudo in ſubſtantia perfectionem arguit, tum ex mo-

dò dictis, tum quia Principi aliorum opera vtenti ſimilis eſt. *Secundò* ex ipſiſmet Theologis poſſe etiam illius *Principij* abſolutè explicati imbecillitatem oſtendi; aliqui enim habitum Fidei, ac Spei in Beatis ad ornatum tãtummodò, ſicuti & Pœnitentiæ habitum in Innocentibus, B. V. imò & in Chriſto Domino admittunt: alij Deo concedunt creaturarum in ſe ipſis cognitionem præter cognitionem, quam earum in ſe ipſo habet, imò communis ſententia circa obiectum idem triplicē ſæpè tribuit Chriſto Domino ſcientiam, Viſionis ſcilicet, Infuſam, ac Experimentalem; cum enim idem obiectum pluribus cognoſci queat modis, ad Dei, & Chriſti Domini perfectiſſimam ſcientiam pertinet, multiplices hos cognoſcendi modos participare: cum ergo perfectior denominatio habeatur, ſi illa ſit ſubſtantiæ intrinſeca, & a forma intrinſeca, valdè rationabiliter ratiocinabitũ is, qui omnes denominationes, vbi repugnantia non apparet, tales eſſe arbitrabitur.

Ex his autem *intulit Primò*, Parietem non denominari intrinſecè viſum, vel cognitum a for-

a forma intrinſeca, eſt enim naturalis ſaltem repugnantia, vt paries poſſit non ſolùm producere, verum etiam recipere viſionis, vel cognitionis actum; ſicuti neq; denominationes in Deo nouæ habentur ab vlla intrinſeca forma de nouo illi addita; diuina enim ſubſtantia eſt ſimpliciſſima entitas,& ad nullam formam eſt in potentia: Similiter non eſſe caſtitatis v. g. virtutem in Angelo collocandam, quia licet creatura ſubſtantialis, quo perfectior eſt, eo plura diſtincta in ſe habeat, Angelus tamẽ, cum corporea ſit mole ſolutus, Caſtitatis expers eſt neceſſariò. *Secundò* non immeritò dixiſſe *Franciſcum Mayronium* ingenioſum Scotiſtam *Quodlibeto* 6.*a*.4. Principiùm illud miram entium auaritiam, quam tamen natura non amat, in ſcolas importaſſe, ſimulq; multas interemiſſe veritates. Veritas quidem magis elucere videtur apud *Formales*, & *Reales* Philoſophos, qui licet in omni metaphyſico rigore poſſint formalitates, ac realitates non admittere, cum tamen apertè cognoſcant, magis philoſophicas opiniones ijs declarari, huiuſmodi ſuperaddita amant: cum autem

præ-

præterea *Reales* Philoſophi entis,quod addũt, naturam magis perfectè, ac plenè explicent, quam *Formales*, illiq; ex his præcipuè, qui aduenientes formalitates admittunt, quas a modis diſtinguere valdè laborioſum eſt, ideò in tam mira opinionum varietate præferenda videtur ſimpliciter cæteris omnibus *Realium* Scola. Quod ſi nonnulli etiam,qui inter Formales Philoſophos recenſentur, eadem prorſus ratione ac Reales, ſuas explicent formalitates, inter Reales enumerandi erunt: ſæpè enim euenit, vt aliqui in re conueniant, diſcrepent verò in voce tantùm, adeoq; tota diſceptatio circa voces verſetur. Par igitur eſt, vt quiſque communiori vocum acceptioni conſentiat, & recenter etiam a Philoſophis importatas voces recipiat; recentiores enim aliquando nomen nouum imponunt rei a ſe e latebris in philoſophantium euocatæ lucem, vel diligentiùs a ſe examinatæ; quod cum non præſtiterint antiqui, rem illam nomine peculiari non exornarunt. Aequum eſt quoque, vt quiſq; Philoſophus quannam vim voces aliquæ apud celebres Scolas, ac celebriores

Phi-

Philoſophos vim obtineant, teneat, vt eorum ſentẽtias tum percipere poſſit, cùm refellere, ſi opus erit; hac enim cognitione deſtitutus oleum, operamq; ſæpenumerò perdet.

15. Monuit, Philoſophiæ hæc initia fuiſſe. *Primò* viderunt homines aliqua inter ſe conuenire, aliqua diſſentire, & nonnulla magis cum aliquibus, quam cum alijs conſentire; quodcumque enim indiuiduum corporeum ſua habet accidentia, ac proprietates, & dum ſimilia in accidentibus indiuidua ſimiles in oculum ſpecies immittunt, cognouit aliquo modo ſaltem oculus, qui ad acquirendam ſciẽtiam eſt cæteris omnibus ſenſibus opportunior, magis hæc indiuidua, quam illa inter ſe conſentire. Ex ſpeciebus autem ab accidẽtibus corporeis in oculum immiſſis, per quas redditus eſt oculus in actu primo proximo potens ea videre accidentia, aliæ in interiores ſenſus deriuatæ fuerunt. Interiores autem ſenſus in animalibus perfectis quinque numerari ſolent. *Primus* dicitur *ſenſus communis*; cuius munus præcipuum eſſe videtur actus ſenſuum externorum percipere, & cognoſce-

re,

re, & inter ſenſuum externorum obiecta diju-dicare, neque enim oculus ſecernere poteſt colorem ab odore, ſed ad ſummum colorem vnum ab alio. Hinc *ſenſus communis* Iudex, & Centrum ſenſuum exteriorũ dicitur, in eo enim omnes veluti conuenire videntur, dum omnium obiectorum, circa quæ verſantur exteriores ſenſus, ſpecies recipit, ea ſimul confert &c. *Secundus Phantaſia* dicitur, quæ eſt potentia etiam dum abſunt, ſenſibilia cognoſcens, quod ſenſus neq; communis, neq; exterior longo ſaltem tempore efficere poteſt. *Tertius* dicitur *Imaginatio*; cuius partes ſunt poſſibilia componere, & impoſſibilia ſaltem naturaliter, vt montem aureum, etiam fingere. *Quartus* dicitur *Aeſtimatiua*; cuius eſt obiectum ſub ratione conuenientis, vel diſconuenientis, & ſub inſenſata ratione apprehendere; ouis enim, vbi primum quoque lupum videt, fugam arripit. Huiuſmodi potentia in homine peculiari nomine *cogitatiua* appellari ſolet, quæ *Aeſtimatiuæ* vt ſic nobiliorem quemdam circa conueniens, ac diſconueniens verſandi modum addit, ſiue hic mo-

dus

dus aliquod ratiocinationis genus, vel perfectiorem tãtûm cognitionem impertet. Huius potentiæ munus eſt *Appetitum* mouere *ſenſitiuum*; *Iraſcibilem*, ſi obiectum diſconueniens proponatur, *Concupiſcibilem*, ſi conueniens proponatur, ſiue hoc ſit vtile, ſiue delectabile: cum autem in homine ſit aliùs duplex *Rationalis Appetitus*, mouere vtrumq; ad intellectum ſpectat, cuius peculiare eſt circa honeſtum bonum verſari. *Quintus* dicitur *Memoria*, & eſt potentia ſenſibilium ſpecierum cuſtos, quarum etiam dicitur penu, ac cellarium: In homine autem præterea alia datur potentia ſpecies Intelligibiles ſeruans, quę *memoria Intellectiua*, imò & *Reminiſcentia* appellatur. Vbi ergo ex his ſenſibus aliquis ſaltem ſuas recepit ſpecies, *Intellectus Agens*, qui eſt altera ex facultatibus intelligẽtibus humanæ naturæ proprijs, eorũdẽ accidentiũ *Species Intelligibiles* efformauit: & hæ ſunt qualitates ſpirituales, quæ in diſtincta deinde potentia intelligenti recipiuntur: hæc potentia *Intellectus Poſſibilis*, vel *Paſſibilis* nominatur, ad quem circa obiectum, quod primò ſenſui

pro-

propoſitum fuit, actum elicere ſpectat. Illis igitur apprehenſis accidentibus, inter aliqua conſenſionem quamdam cognouit, ideoque hæc vno in loco, hæc in alio repoſuit, & propter aliquam in re conſenſionem idem nomẽ pluribus impoſuit; ſic Petrum, & Paulum v. g. homines duos, Petrum, & Canem duo animalia appellauit; *Secundò*, Petrum & Paulum, quos in vnica hominum ſerie collocauit, modò eſſe frigidos, modò calidos, modò quieſcere, modò moueri animaduertit, & tamen eumdem Petrum eſſe, ac Paulum agnoſcit; hinc aliud eſſe Petrum, & Paulum, aliud frigus, caloremque collegit; & illud quidem, quod calori, frigori &c. ſubijci vidit, *ſubſtantiam*, quod verò modo Petro adfuit, modo a Petro abſuit, *Accidens* dixit. *Tertiò*, attendit præterea eidem quidem Petro multa ineſſe accidentia, calorem, colorem, motum &c. ſed calorem Petro adfuiſſe, & ſi quieſceret, & albedinem fuiſſe in pariete, etiamſi caloris, ac motus expers eſſet, intulitq; non idem eſſe calorem, albedinem, ac motum; quæ enim idem ſunt, inuicem ſeparari nequeunt. Si-

milem

milem ratiocinationem affert Ariſtoteles *in Poſt Prædic.c.*14. vbi alterationis motum a cęteris diſtinctum eſſe probat. *Quartò*, ad hæc Hominem ſentire, ratiocinari, moueri, eumq; mo ū in ipſo recipi Petro v.g. animaduerterũt aliqui, & cum huiuſmodi effectuum cauſas ignorarent, vt habetur 1.*Metap.c.*2. admirari cæperunt, ex admiratione, ſciendi quęnam eſſet eorum effectuum cauſa, cupiditas exorta eſt; & cum dubitarent, an hæc, an verò illa eſſet certa cauſa, eam perſcrutari cæperunt, & primò quidem in facilioribus, & in difficilioribus poſtea; ac denique, vt explicat *Fonſeca*, ſummas rerum cauſas, quæ ad metaphyſicum ſpectant, cogitatione aſſequi conati ſũt. Vt verò abſolutam rerum philoſophicarum notionem acquirerent, duplici methodo vſi ſunt. *Prima* appellari ſolet *Compoſitiua*, ſeu *Naturalis*, quæ a rebus ſimplicioribus exorditur, & ad compoſita progreditur, non ſecus ac in ędificanda domo priùs lapides, & calcē ſeponere, ac deinde ea ſimul nectere ſolemus, ſundamenta iacientes ante omnia, quibus parietes poſtea imponimus &c. Hac metho-

do in *Phyſicis* vſus videtur Ariſtoteles ; dum in *primo libro* de corporum naturalium Principijs agit, in *ſecundo* de materia, & forma, quę ſunt Principia Corporum in facto eſſe, ſub naturæ nomine; neq; enim corpus naturale eſt natura, ſed ens naturale, cuius etiam cauſas ibi explicat; in reliquis verò de Corporeum naturalium paſſionibus notioribus agit, In *Priorum* quoq; libris tradit ante cætera, quid ſit terminus, ac propoſitio, ac poſtea ſillogiſmi naturam,ac proprietates inueſtigat. *Secunda* nominari *Reſolutoria*, ſeu *Analitica* conſueuit, in qua ab eo,quod eſt maximè compoſitum, initium ſumitur, illudque in ſuas partes poſtea reſoluitur, non ſecus ac quando horologium in partes, ex quibus componitur, ſolueretur. Hac methodo vſus videtur Ariſtoteles in *tomo quarto*; vbi prius nonnulla de animalibus in communi, ac poſtea de ſingulis eorum partibus agit; & cum hi libri contemplantem Philoſophiam recludant, apertè colligitur, non ex eo quod aliqua diſciplina compoſitiua, vel reſolutoria methodo tradatur, eam eſſe practicam, vel ſpeculatiuam, vtroque

que enim ordine tùm in ſcientijs, cum in artibus nos vti poſſe tradit quoq; *Franciſcus Picolom. c. 22. Introduct. ad Ciuilem Philoſophiam.* Quacumq; autem methodo Philoſophus vtatur, prædicata tamen ſemper magis vniuerſalia, & communia prius inueſtigat, hæc enim prius quam minus vniuerſalia obijci intellectui videntur, cum ſaltem res perfectè ac diſtinctè cognoſcere volumus, *vt. queſt.* 30. *logica ſect.* 3. *Auerſa* cum aliis tradit. Paulatim ergo Philoſophi ſingularum proprietatum, & accidentium, quæ vnicuiq; inſunt rei cauſas indagarunt, quibus omnibus agnitis tunc omnibus numeris abſolutam rerum cognitionem acquirimus: & primo quidem circa res corporeas, ac deinde circa incorporeas ſubſtantias mentis obtutum defixerunt; aliquos enim effectus non niſi a ſubſtantia corporis mole exuta oriri poſſe deprehenderunt; eam tamen non niſi diuturna ratiocinatione aſſecuti ſunt. *ex. gr.* viderunt *Primò* Philoſophi Cœlum moueri. *Secundò*; huius motus ſpecie intellectui impreſſa illum ab aliqua fieri ſubſtantia agnouerunt, idem enim

eſt Cœlum, dum ab oriente in occidentem, & e contra voluitur. *Tertiò*; Cętera corpora, quæ ab intrinſeco principio mouentur, animaduerterunt ea de cauſa moueri, vt aliquod ſibi bonum acquirant; Animalia enim motu progreſſiuo mouentur, vt apprehenſum bonum aſſequantur, vel apprehenſum malum euitent, in quo caſu illud quoq; quod vltimò voluntatem ad eum imperandum motum impellit, bonum aliquod videtur eſſe; malum enim vt ſic, cauſæ finalis rationem ſubire non poſſe, eſt communior Philoſophorũ, ac Theologorum ſententia. Terra & Aqua deorſum, Aer & Ignis ſurſum motu recto ferũtur, quia in loco connaturali meliùs conſeruantur: & omnium cæterorum corporum motus, vt terminum acquirant, in quo naturaliter quieſcãt, exerceri tantùm videntur. *Quartò*; Ad Cœli motum animum reuocantes illud motu verſari agnouerunt non ideò, vt vllum acquireret terminum, vel vt naturalem locum ſibi debitum obtineret; ſemper enim totum cœlum in eodem permanet loco, cœlique partibus nõ minus naturalis eſt locus ille, ad quem

accedunt, quam a quo recedunt; & hinc concedendam eſſe cauſam aliquam huius motus extrinſecam concluſerunt. *Quintò*, cum huius ſubſtantiæ vires, ſi corporea eſſet, frangẽdas fore aliquando, & alimentum illi ſubſtantiæ opportunum ibi commodè ſuppeditari nõ poſſe, & omnibus cœli partibus virtute ſua adeſſe non poſſe animaduertiſſent; eam ſubſtantiam corporis omninò vinculis ſolutam, & intelligentem eſſe intulerunt. *Sextò*, huiuſmodi mentem eſſe ſubſtãtiam completam, deinde ſtatuerunt; neque enim cœlum eſt propriè animatum vlla forma, quæ ſit anima etiam intelligens, vt communior Patrum, Theologorum, ac Peripateticorum opinio fert, imò ſententiam cœlis animam intellectiuã tribuẽtẽ eſſe erroneã, & in fide nõ tutã clariſſime teſtantur *Rub.lib.2.de Cælo, cap. 1.q.1. Auerſa q.33.ſ.7.* alijq; & cum Ariſtotelem ab hoc errore vindicare poſſimus, æquum eſt, vt pro ſtudio in hunc virum eum pro fidei interpretemur, maxime cum non pauci habeantur textus, & non leues ab ipſo Ariſtotele ductæ rationes, quæ idem ſuadeant; & ex *D.Th.* 1.

q.q.70.a.3. habeamus inter ponentes ea eſſe animata, & ponentes ea inanimata, paruam, vel nullam differentiam eſſe in re, ſed in vocè tantùm; quam reſponſionem *Niphus 2. de Cœlo* laudat, ac defendit; qui enim docuerunt eſſe animatum Peripatetici, locuti ſunt de anima tantùm, quæ quoad motum perficiat, qui docuerunt non eſſe animatum, de anima propriè informante locuti ſunt; & licet *D.Thomas* iuxta primum modum ſolùm æquiuocè, ſiuè analogicè animata dici poſſe ſcribat, peculiariter tamen poteſt cœlum animatum dici, quòd Intelligentia cęlo vniatur per virtutis contactum, per quem tum indiuiſibile diuiſibile tangit, tum ſubſtantia tangens ſecundum ſe totam eſt intra id, quod tangit, adeoq; & benè docet idem *Angelicus Doctor 2. contra Gent.c.56.* fit, vt ſubſtantia tangens ſit intrinſeca corpori, ac per ipſum libere perambulare poſſit, quod non conuenit rhedario rhedam, & nautæ nauim mouenti alijſq; corporeis motoribus. Ex his habetur *Primò*, quam preclarè ex Ariſtotelicis principijs ſubſtantiarum ſpiritualium, hoc eſt, Intelligentiarum

rum exiſtentia colligatur: an verò Ariſtotelica ratio euidenter, an verò probabiliter ſolùm id probet, in Phyſicis quæſtionibus diſcutietur. *Secundò*, rerum quæ ſenſus effugiunt, ſpecies, ex rerum, quæ ſub ſenſus cadunt, ſpeciebus, ortum traxiſſe; imò nobis in ea mentem defigere non licere, niſi ſimul corporatæ res obijciantur, quotidiana docet experientia, licet in intellectu reſidere poſtea poſſit ſpecies Intelligentiæ quidem *Propria*, quæ ſcilicet Intelligentiam tantùm exprimere poſſit, non verò *Quidditatiua*, quia ſolùm imperfectè eam menti offeret.

PARS QVINTA

Quid nam de Auctoritate, & Doctrina Ariſtotelis ſentiendum ſit Peripateticæ ſectæ ſtudioſo.

MONVIT Primò *Ariſtotelem* non tantùm fuiſſe Hominem, ac Ethnicũ, verum etiam aliquibus contaminatum vitijs, vt videre eſt inter cæteros apud *Laertiũ* in eius vita, in fine *libri* 30. apud *Plinium*, & apud *Tertul.in Apolog. Ad Gentes*, adeoq; non videri veroſimile, eam veritatis omnis lucem impertijſſe ei Deum, quã nec Auguſtino, nec alijs Eccleſie Doctoribus Sanctitateque illuſtribus impertiuit.

Secundò. Prioribus Eccl. ſæculis valdè exoſam fuiſſe Catholicis *Peripateticam ſectam*, vt

clarè indicant *ſexta,& octaua Sinodus; Tertullianus lib. de Præſcript. Nazianzenus Orat. de moderat. in Diſp. habenda, & orat. 1. de Theolog. & Baſilius lib. 1. contra Eunomium; Epiphanius verò lib. 2. aduerſus Hereſes c. 69. & Hierony. aduerſus Lucifer.* Arrianam hæreſim ex Ariſtotelicis deriuaſſe fontibus ſcribunt: *Iuſtinus martir* contra Ariſtotelis dogmata librum euulgauit; & *Clemens Alexand. in orat. exhort. ad Gent.* Patrem ſectæ Peripateticæ (quam hæreſim appellat) *a ſe ipſo confodi*, ſiue ſibi ipſi repugnare apertè teſtatur: E contra verò *Platonicæ ſectæ* fuiſſe addictos, eo quod eius doctrinam noſtræ fidei principijs eſſe conformem putarent; qua de cauſa *Auguſt. 8. de Ciuit.* Platonicos facillimè fieri poſſe Chriſtianos ſcriptum reliquit. Certè e Philoſophis nullum de Deo *Platone* diuinius locutum fuiſſe e cęteris teſtatur *Clemens Alexandrinus* vbi ſupra; quem quoque virum totius Græciæ ſapientiſſimum, & veluti Deum quẽdam Philoſophorum habitum fuiſſe antiquiorum monumenta apertiſſimè teſtantur. Athenę verò quamdiu ſteterunt, Romamq; barbaræ gentes non occuparunt,

 Aca-

Academici, Stoici, aliæq; philoſophorum ſectæ primas habebant. In Europa certè, antèquam *Auerroes Mahometi diſcipulus* ſuis cõmentarijs illuſtriorē redderet Ariſt. nō multi erant Ariſtotelicæ ſectæ ſtudioſi: Auerroes autem, qui anno circiter a Chriſto nato 1140. vixit, apud nationes nonnullas Iniqui nomen eſt aſſecutus, & in doctrina non falſitatis tantùm, verum etiam inconſtantiæ ſæpè notatur; qua de cauſa S. Thomas eum ſæpiſſimè reprehendit, & ex induſtria in benignam fidei partem Ariſtotele interpretari aggreſſus eſt; Quē certè ſi in rectum pertrahere ſenſum non liceret ſaltem quoad plurima, expediret, vt eum Eccleſia a ſuis repelleret Academijs, ne hoſti infenſiſſimo maximo cum filiorum ſuorum incommodo (e cuiuſdam enim Philoſophiæ Doctoris paucis ante annis defuncti Ariſtotelis dicta cõtra fidē exponētis ſcola prodijſſe plures vitijs contaminatiſſimos, acerrimos Chriſtianæ fidei oppugnatores, Deum de rebus humanis non laborare, eſſeq; rerum inferiorum ſolum finalem cauſam arbitrantes &c. prodijſſe compertum eſt) honorem exhiberet,

ret, aliumq; è Chriſtianis Philoſophis Ethnici loco ſubſtitueret, maximè cum ipſa enumerare poſſit Catholicos Philoſophos Ethnicis conferendos, vt animaduertit *Thomas Bozius de ſignis eccl. ſig. 24. & quicquid habent auctoritatis in Eccleſia Ariſtotelis libri, Eccleſia illis tribuerit*, vt docet idem *ſig. 21. c. 4.* Accedit; in Eccleſia Theologiæ Ducum mutationem factam fuiſſe; ergò multò magis circa Philoſophorũ Princepes accidere ea poterit. Hinc fit, vt illi maximè Ariſtotelicæ faueant dignitati, qui eum pro fide interpretantur; dum enim ille pro fide ſtat, non eſt verendum; quin àb Academijs remoueatur Catholicis.

Tertiò Multa Philoſophica Ariſtotelem non diſcuſſiſſe, vix enim meminit *Entis rationis, Vniuerſalis*, ac *Diſtinctionum*; & tamen celeberrimæ ſunt de his apud ingenioſos Philoſophos quęſtiones: & præterquam de ſubſiſtentia, corporum replicatione, accidentium extra ſubiectum conſeruatione, potentia obedientiali &c. nihil protulit: in *Logicis* primò tradere omiſit, an prædicata eſſentialia dici poſſint de ſubiecto etiam in abſtracto, quod

negat

negat *ſubtilis Doctor in 1.d.2.q.7.* affirmat *Sotus, Fonſeca*, alijq; ac *Suar.diſp.6.Metaph.ſ.* 10. non docuit, quid ſit, & quando liceat argumentari ex ſuppoſitione impoſſibili, vel ex ſubiecto non ſupponente, vel a diſtributiuo ad collectiuum; quænam ſit argumentatio, quæ Analyſis dicitur, apud Mathematicos celebris, ac Philoſophis valdè vtilis; an ad concreti multiplicationem pluralitas formę etiam ſine pluralitate ſubiecti ſufficiat &c. In *Phyſicis* tradere, omiſit, an Priuatio prĩcipiet actu quãdo eſt, an verò quando non eſt; an idem actus voluntatis poſſit eſſe ſimul electio, & intentio, an idem numero effectus a ſimilibus in ſpecie cauſis prodire poſſit, an plures totales cauſæ eumdem planè effectum producere queant, an agenti in remotiori parte æqualem, vel intentiorem qualitatem, quam in proxima progignere liceat, an qualitatis gradus homogenei ſint, vel heterogenei &c. In *Metaphyſicis* multa de Deo, ac Intelligentijs omiſit; quæ tamen lumine naturali attingere poterat; copioſa enim volumina de his iuxta naturales rationes conſcripta ſunt. Hæc autem, aliaq;

his

his ſimilia permulta ſolùm ignorare poſſunt illi, qui in euoluendis Philoſophorum, maximè recentionum, libris non ſunt verſati.

Quartò Ariſtotelem non ſolùm, vt homine labi potuiſſe, verum etiam iuxta communiorem Peripateticorum ſententiam in multis reipſa lapſum fuiſſe; nam præterquam in multis deceptus eſt Anatomicis, vt luculenter teſtantur *Veſſalius*, *Laurentius*, aliiq; Anatomici; qua de cauſa *tomus* eius *quartus* non niſi cautiſſimè legendus eſt. Primo errauit in *Logicis*, dum 1. *Perih. c.* 7. iuxta communiorem ſententiam in propoſitionibus contradictorijs de futuris contingentibus liberis non dari determinatam veritatem, v. g. ex his duabus enunciationibus, *Petrus peccabit*, *Petrus non peccabit*, non eſſe alteram ex illis nunc determinatè veram docuit; cum tamen grauiores Philoſophi, ac Theologi ab Ariſtotele diſcedant, vt *Scotus*, *Gregorius*, *Ruuius*, *Conibricenſes*, aliiq; quos *queſt.* 24. *ſect.* 8. *Auerſa* refert & ſequitur: cum enim Deus ab æterno, quid Petrus facturus ſit, cognouerit, fit vt illa enunciatio, quæ eſt cognitioni diuinæ determi-

terminatè ſciẽtis q̄d Petrus facturus ſit cõformis,determinatè ſit vera. Prçterea re ipſa Petrus neceſſariò vel peccabit, vel non peccabit, neq;enim peccabit,& nõ peccabit:itergo propoſitio affirmans peccaturum, vel negans peccaturum erit in ſe ipſa vera, eſt enim alterutra ex illis conformis obiecto futuro, licet nos ignoremus,quænam ſit determinatè vera. Secundo errauit in *Phyſicis* Primo,cum æternũ fuiſſe mundum arbitratus eſt tam ſecundum entia permanentia, quam ſucceſſiua; & multi ex Peripateticis eum in hoc repugnantia dixiſſe ſcribunt ſaltem circa çternitatem entium ſucceſſiuorum: ex hoc principio multa dedũduxit Ariſtoteles falſa, *dato enim vno inconuenienti multa contingunt* 1. *Phyſ. t.* 10. & inter cætera, maria & flumina 1.*meteor*. idemtidem exſiccari. Secundo cum *Galaxiam* eſſe quamdam terreſtrium halituum congeriem,aquãq; calidam facilius, quam frigidam conglaciari, cuius tamen experimentum facillimè habere potuit, 1.*meteor*. docuit. Tertiò cum 4. *Cæli t.* 29. & 30. in ſuis regionibus omnia elementa præter ignem grauitare ſcripſit, a quo omnes

Peri-

Peripateticos propter rationis euidentiam *Auerſa quæſt.* 40. *ſ.* 4. diſcedere affirmat. Quartò dum in fine eiuſdem libri cauſam ſupernatationis corporum ſolidorum in humido figuræ tribuit; cum Theofraſtus apud *Bonamicum lib.* 5. *de motu c.* 28. ad proportionem inter grauitatem humidi, & grauitatem corporis ſupernatantis, & *Bonamicus c.* 29. ad craſſitiem quoque referant. Quinto, dum in libris de Anima & alibi docuit animã rationalem eſſe mortalé, vel de hoc in vtramq; fluctuauit partem, vt exiſtimant *Scotus*, & *Heruæus*, aliique; cum tamen *Canus lib.* 2. de *locis Theologicis* dicat, non ſolùm poſſe demonſtrari (quod aſſerunt etiam alij) verum etiã eſſe erroneum aſſerere animæ immortalitaẽ demõſtrari nõ poſſe, imò periculoſum fateri, eam hactenus demonſtratam non eſſe. Sexto, circa cœli ſubſtantiam, incorruptionem &c. nõ ſolùm experientijs, verum etiam plurimorum, præſertim Patrum ac Theologorum teſtimonijs allatis Ariſtotelem erraſſe tradit latè *P. Chriſtophorus Schemer* in libro, quem inſcripſit, *Roſa Vrſina*, ſed præſertim *lib.* 4. *p.* 2. *a c.* 27. Errauit *Tertiò in*

Meta-

Metaphyſicis, tùm circa *Intelligentiarum* numerum, motum &c. tùm circa Deum, quem non fuiſſe mundi creatorem, ad inferiorum actiones non concurrere, n̄ n infinitæ virtutis eſſe, non rebus humanis conſulere, non res extra ſe cognoſcere &c. iuxta multos Peripateticos ſcriptum reliquit. Certè apud veteres Chriſtianos ſemper male audijſſe Ariſtotelē, tanquam de diuina prouidentia malè ſentiētem, qui in antiquioribus Patribus voluendis verſatus eſt, optimè ſciet: quorum decem recenſet *Poſſeu.c.*18.*lib.*13. accuſantes Ariſtotelē huius criminis; cuius ēt participes fecerunt eum *Alex.*& *Auerroes*. Hęc autē aliaque his ſimilia Ariſtoteli condonanda ſunt errata, vt pote homini; *nunquam enim aberrans, & perfecta rerum cognitio*(teſte Anaſtaſio Synaita lib. 1. in exam.) *eſt Dei ſolius*. An verò benignam admittant interpretationem illi textus, qui afferri ſolent ad erroris Ariſtotelem conuincendum, & hi maximè, qui eum contra Catholicam fidem ſenſiſse indicant, in proprijs quæſtionibus diſcutiendum erit: Immortalitatem certè animæ Ariſtotelis ſententię eſse

magis

magis congruam inter cæteros eruditè *Ioannes Cottunius* latè *in lib. de Tripl. ſtatu Animæ ration.* oſtendit. ſatis nunc fuerit oſtendiſſe iuxta Peripateticorum quoque ſententiam Ariſtotelis intellectum cæcutijſſe in multis, ac turpiter erraſſe. *Ab Aegidio Cardinali Columna quindecim errata Ariſtotelis* peculiariter recenſetur, & a *Melchiore Cano lib. 10. de locis Theol. c. 5. ſex* cæterorum præcipua: quæ omnia habentur apud *Poſſ. c. 18. & 19. lib. 13. Bibl. Clem. 8. dicatæ.*

Quintò, Ariſtotelem multa ab Hippocrate mutuatum fuiſſe, vt oſtendit Galenus; multa ab Iudeo quodam, vt habet *Clem. Alex. lib. 1. ſtrom.* imò & Ariſtoteles ipſe apud Clearcum, vt ſcribit *Euſeb. lib. 9. de Præp. c. 3.* de hoc Iudęo iſta habet. *Hic ab altioribus Aſiæ locis ad maritimas ciuitates deſcendens & lingua, & animo Græcus fuit: cumque accidiſſet, vt eo tempore nos quoque in maritimis Aſiæ locis verſaremur, Philoſophiæ amore ad nos venit, qui multò plura nobis attulit, quam accepit;* multa didiciſſe prętereà ex alijs Philoſophis, tùm ex eorum libris; Bibliothecam enim primus fuiſſe, qui conſtitueret,

tueret (in Græcia ad ſumum intellige) dicitur a Strabone Ariſtoteles, cùm ex Philoſophis viueutibus, & præſertim ex Platone, vt apertè cognoſcet, qui diligenter Platonem euoluerit; & licet antiquioribus, & his, qui vna eademq; ſecum ætate philoſophabantur, diſſentiat non rarò, multa tamen ſe ab his percepiſſe ingenuè declarat. Ante Ariſtotelem autem tres præcipuæ fuerunt Philoſophorum ſectæ. *Prima* dicebatur *Ionica*, cuius Princeps fuit *Thales Mileſius* vnus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, qui anno circiter ante Chriſtum natum 639. a mundo condito 3414. floruit. Huius fuerunt ſectæ *Anaximander*, *Anaximenes*, & *Anaxagoras Clazomenius*, qui ex Ionia ſcolam Athenas traduxit. Cui dicitur ſucceſſiſſe *Archelaus Magiſter Socratis*, qui auditores inter cæteros nobiles habuit *Platonem*, & *Antiſthenem*; quorum primus *Academicę* auctor fuit, alter *Cynicæ* ſectæ, quæ *Canina* a mordendi, alioſq; reprehendendi conſuetudine appellata fuit: *Antiſthenem* excepit *Cynicus Diogenes*, & *Crathes Thebanus*: Huius auditor fuit *Zeno Citticus*, qui moderationem adhibēs,

nouam,

nouam, & magis moderatam auſpicatus eſt ſectam, quæ *Stoicorum* dicta fuit: Hæc toto cœlo Academicorum ſectæ oppoſita fuit; maximamq; nominis celebritatem conſecuta eſt: Illiuſq; famam inter cęteros *Seneca Philoſophus* latiſſimè protulit. *Secunda* dicebatur *Pythagorica*, & *Italica* à Phythagora eius Principe, qui anno circiter ante Chriſtum natum 539. a mundo condito 3514. floruit: quia verò in Italia', ſiue in magna Græcia, quæ nunc *Calabria* vulgari appellatur voce, docuiſſe dicitur, dicta fuit Italica: Hunc Philoſophiæ naturali, cuius Thales auctor fuiſſe dicitur 1. *Metaph.c.4.* non pauca addidiſſe teſtatur c. 5. Ariſtoteles. Pythagoræ ſucceſſit *Thelanges* filius: eamdem ſectam profeſſi ſunt *Xenophanes* Colophonius (quē principem Eleaticę ſectæ facit *Clem.Alex.*) *Parmenides*, *Zeno eleates*, *Leucippus*, *Democritus* (quem audiuit *Nauſiphanes Epicuri* Magiſter) *Alcmæo Crotoniates*, *Architas Tarentinus*, alijque. *Eraclitum* verò Philoſophum Pythagoricis vixiſſe temporibus nonnulli putant. *Tertia* dicebatur *Academica*, cuius Princeps fuit *Plato*, qui ſucceſ-

Academici, Stoici, aliæq; philoſophorum ſectæ primas habebant. In Europa certè, antèquam *Auerroes Mahometi diſcipulus* ſuis cõmentarijs illuſtriorē redderet Ariſt. nõ multi erant Ariſtotelicæ ſectæ ſtudioſi; Auerroes autem, qui anno circiter a Chriſto nato 1140. vixit, apud nationes nonnullas Iniqui nomen eſt aſſecutus, & in doctrina non falſitatis tantùm, verum etiam inconſtantiæ ſæpè notatur; qua de cauſa S. Thomas eum ſæpiſſimè reprehendit, & ex induſtria in benignam fidei partem Ariſtotele interpretari aggreſſus eſt: Quē certè ſi in rectum pertrahere ſenſum non liceret ſaltem quoad plurima, expediret, vt eum Eccleſia a ſuis repelleret Academijs, ne hoſti infenſiſſimo maximo cum filiorum ſuorum incommodo (e cuiuſdam enim Philoſophiæ Doctoris paucis ante annis defuncti Ariſtotelis dicta cõtra fidē exponētis ſcola prodijſſe plures vitijs contaminatiſſimos, acerrimos Chriſtianæ fidei oppugnatores, Deum de rebus humanis non laborare, eſſeq; rerum inferiorum ſolum finalem cauſam arbitrantes &c. prodijſſe compertum eſt) honorem exhiberet,

ret, aliumq; e Chriſtianis Philoſophis Ethnici loco ſubſtitueret, maximè cum ipſa enumerare poſſit Catholicos Philoſophos Ethnicis conferendos, vt animaduertit *Thomas Bozius de ſignis eccl. ſig. 24.* & *quicquid habent auctoritatis in Eccleſia Ariſtotelis libri; Eccleſia illis tribuerit*, vt docet idem *ſig. 21. c. 4.* Accedit; in Eccleſia Theologiæ Ducum mutationem factam fuiſſe; ergo multò magis circa Philoſophorũ Principes accidere ea poterit. Hinc fit, vt illi maximè Ariſtotelicæ faueant dignitati, qui eum pro fide interpretantur; dum enim ille pro fide ſtat, non eſt verendum; quin ab Academijs remoueatur Catholicis.

Tertiò Multa Philoſophica Ariſtotelem non diſcuſſiſſe, vix enim meminit *Entis rationis*, *Vniuerſalis*, ac *Diſtinctionum*; & tamen celeberrimæ ſunt de his apud ingenioſos Philoſophos queſtiones: & præterquam de ſubſiſtentia, corporum replicatione, accidentium extra ſubiectum conſeruatione, potentia obedientiali &c. nihil protulit: in *Logicis* primò tradere omiſit, an prædicata eſſentialia dici poſſint de ſubiecto etiam in abſtracto; quod

negat

negat *ſubtilis Doctor in* 1.*d*.2.*q*.7.affirmat *Sotus*, *Fonſeca*, alijq; ac *Suar.diſp.6.Metaph.ſ.* 10. non docuit, quid ſit, & quando liceat argumentari ex ſuppoſitione impoſſibili, vel ex ſubiecto non ſupponente, vel a diſtributiuo ad collectiuum; quænam ſit argumentatio, quæ Analyſis dicitur, apud Mathematicos celebris, ac Philoſophis valdè vtilis; an ad concreti multiplicationem pluralitas formę etiam ſine pluralitate ſubiecti ſufficiat &c. In *Phyſicis* tradere, omiſit, an Priuatio prīcipiet actu quādo eſt, an verò quando non eſt; an idem actus voluntatis poſſit eſſe ſimul electio, & intentio, an idem numero effectus a ſimilibus in ſpecie cauſis prodire poſſit, an plures totales cauſæ eumdem planè effectum producere queant, an agenti in remotiori parte æqualem, vel intentiorem qualitatem, quam in proxima progignere liceat, an qualitatis gradus homogenei ſint, vel heterogenei &c. In *Metaphyſicis* multa de Deo, ac Intelligentijs omiſit; quæ tamen lumine naturali attingere poterat; copioſa enim volumina de his iuxta naturales rationes conſcripta ſunt. Hæc autem, aliaq;

his

his ſimilia permulta ſolùm ignorare poſſunt illi, qui in euoluendis Philoſophorum, maximè recentionum, libris non ſunt verſati.

Quartò Ariſtotelem non ſolùm, vt homine labi potuiſſe, verum etiam iuxta communiorem Peripateticorum ſententiam in multis re ipſa lapſum fuiſſe; nam præterquam in multis deceptus eſt Anatomicis, vt luculenter teſtantur *Veſſalius*, *Laurentius*, aliiq; Anatomici; qua de cauſa *tomus* eius *quartus* non niſi cautiſſimè legendus eſt. Primo errauit in *Logicis*, dum 1. *Perih. c. 7.* iuxta communiorem ſententiam in propoſitionibus contradictorijs de futuris contingentibus liberis non dari determinatam veritatem, v. g. ex his duabus enunciationibus, *Petrus peccabit*, *Petrus non peccabit*, non eſſe alteram ex illis nunc determinatè veram docuit; cum tamen grauiores Philoſophi, ac Theologi ab Ariſtotele diſcedant, vt *Scotus*, *Gregorius*. *Ruuius*, *Conimbricenſes*, aliiq; quos *queſt. 24. ſect. 8. Auerſa* refert & ſequitur: cum enim Deus ab æterno, quid Petrus facturus ſit, cognouerit, fit vt illa enunciatio, quæ eſt cognitioni diuinæ deter-

termi-

terminatè ſciẽtis q̃d Petrus facturus ſit cõformis,determinatè ſit vera. Prӕterea re ipſa Petrus neceſſariò vel peccabit, vel non peccabit, neq;enim peccabit,& nõ peccab:itergo propoſitio affirmans peccaturum, vel negans peccaturum erit in ſe ipſa vera, eſt enim alterutra ex illis conformis obiecto futuro, licet nos ignoremus,quænam ſit determinatè vera. Secundo errauit in *Phyſicis* Primo,cum æternũ fuiſſe mundum arbitratus eſt tam ſecundum entia permanentia, quam ſucceſſiua; & multi ex Peripateticis eum in hoc repugnantia dixiſſe ſcribunt ſaltem circa ęternitatem entium ſucceſſiuorum. ex hoc principio multa dedũduxit Ariſtoteles falſa, *dato enim vno inconuenienti multa contingunt* 1. *Phyſ. t.* 10. & inter cætera, maria & flumina 1.*meteor.* idemtidem exſiccari. Secundo cum *Galaxiam* eſſe quamdam terreſtrium halituum congeriem,aquãq; calidam facilius, quam frigidam conglaciari, cuius tamen experimentum facillimè habere potuit, 1.*meteor.* docuit. Tertiò cum 4. *Cœli t.* 29. & 30. in ſuis regionibus omnia elementa præter ignem grauitare ſcripſit, a quo omnes

Peri-

Peripateticos propter rationis euidentiam *Auerſa quæſt. 40. ſ. 4.* diſcedere affirmat. Quartò dum in fine eiuidem libri cauſam ſupernatationis corporum ſolidorum in humido figuræ tribuit; cum Theofraſtus apud *Bonamicum lib. 5. de motu c. 28.* ad proportionem inter grauitatem humidi, & grauitatem corporis ſupernatantis, & *Bonamicus c. 29.* ad craſſitiem quoque referant. Quinto, dum in libris de Anima & alibi docuit animā rationalem eſſe mortalé, vel de hoc in vtramq; fluctuauit partem, vt exiſtimant *Scotus*, & *Heruæus*, alijque; cum tamen *Canus lib. 2.* de *locis Theologicis* dicat, non ſolùm poſſe demonſtrari (quod aſſerunt etiam alij) verum etiā eſſe erroneum aſſerere animæ immortalitaē demōſtrari nō poſſe, imò periculoſum fateri, eàm hactenus demonſtratam non eſſe. Sexto, circa cœli ſubſtantiam, incorruptionem &c. nō ſolùm experientijs, verum etiam plurimorum, præſertim Patrum ac Theologorum teſtimonijs allatis Ariſtotelem erraſſe tradit latè *P. Chriſtophorus Scheiner* in libro, quem inſcripſit, *Roſa Vrſina* ſed præſertim *lib. 4. p. 2. a c. 27.* Errauit *Tertiò in*

Meta-

Metaphyſicis, tùm circa *Intelligentiarum* numerum, motum &c. tùm circa Deum, quem non fuiſſe mundi creatorem, ad inferiorum actiones non concurrere, non infinitæ virtutis eſſe, non rebus humanis conſulere, non res extra ſe cognoſcere &c. iuxta multos Peripateticos ſcriptum reliquit. Certè apud veteres Chriſtianos ſemper male audijſſe Ariſtotelē, tanquam de diuina prouidentia malè ſentiētem, qui in antiquioribus Patribus voluendis verſatus eſt, optimè ſciet: quorum decem recenſet *Poſſeu.c.*18.*lib*.13. accuſantes Ariſtotelē huius criminis; cuius ēt participes fecerunt eum *Alex.*& *Auerroes*. Hęc autē aliaque his ſimilia Ariſtoteli condonanda ſunt errata, vt pote homini; *nunquam enim aberrans, & perfecta rerum cognitio*(teſte Anaſtaſio Synaita lib. 1. in exam.) *eſt Dei ſolius*. An verò benignam admittant interpretationem illi textus, qui afferri ſolent ad erroris Ariſtotelem conuincendum, & hi maximè, qui eum contra Catholicam fidem ſenſiſse indicant, in proprijs quæſtionibus diſcutiendum erit: Immortalitatem certè animæ Ariſtotelis ſententię eſse

magis

magis congruam inter cæteros eruditè *Ioannes Cottunius* latè *in lib. de Tripl. ſtatu Animæ ration.* oſtendit: ſatis nunc fuerit oſtendiſſe iuxta Peripateticorum quoque ſententiam Ariſtotelis intellectum cæcutijſſe in multis, ac turpiter erraſſe. *Ab Aegidio Cardinali Columna quindecim errata Ariſtotelis* peculiariter recenſetur, & a *Melchiore Cano lib. 10. de locis Theol. c. 5. ſex* cæterorum præcipua: quæ omnia habentur apud *Poſſ. c. 18. & 19. lib. 13. Bibl. Clem. 8. dicatæ.*

Quintò, Ariſtotelem multa ab Hippocrate mutuatum fuiſſe, vt oſtendit Galenus; multa ab Iudeo quodam, vt habet *Clem. Alex. lib. 1. ſtrom.* imò & Ariſtoteles ipſe apud Clearcum, vt ſcribit *Euſeb. lib. 9. de Præp. c. 3.* de hoc Iudęo iſta habet. *Hic ab altioribus Aſiæ locis ad maritimas ciuitates deſcendens & lingua, & animo Græcus fuit: cumque accidiſſet, vt eo tempore nos quoque in maritimis Aſiæ locis verſaremur, Philoſophiæ amore ad nos venit, qui multò plura nobis attulit, quam accepit;* multa didiciſſe prętęrea ex alijs Philoſophis, tùm ex eorum libris; Bibliothecam enim primus fuiſſe, qui conſti-

tueret,

tueret (in Græcia ad ſumum intellige) dicitur a Strabone Ariſtoteles, cùm ex Philoſophis viueutibus, & præſertim ex Platone, vt apertè cognoſcet, qui diligenter Platonem euoluerit; & licet antiquioribus, & his, qui vna eademq; ſecum ætate philoſophabantur, diſſentiat non raro, multa tamen ſe ab his percepiſſe ingenuè declarat. Ante Ariſtotelem autem tres præcipuæ fuerunt Philoſophorum ſectæ. *Prima* dicebatur *Ionica*, cuius Princeps fuit *Thales Mileſius* vnus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, qui anno circiter ante Chriſtum natum 639. a mundo condito 3414. floruit. Huius fuerunt ſectæ *Anaximander*, *Anaximenes*, & *Anaxagoras Clazomenius*, qui ex Ionia ſcolam Athenas traduxit. Cui dicitur ſucceſſiſſe *Archelaus Magiſter Socratis*, qui auditores inter cæteros nobiles habuit *Platonem*, & *Antiſthenem*; quorum primus *Academicę* auctor fuit, alter *Cynicæ* ſectæ, quæ *Canina* a mordendi, alioſq; reprehendendi conſuetudine appellata fuit: *Antiſthenem* excepit *Cynicus Diogenes*, *&* *Crathes Thebanus*: Huius auditor fuit *Zeno Citticus*, qui moderationem adhibẽs,

nouam,

nouam, & magis moderatam auſpicatus eſt ſectam, quæ *Stoicorum* dicta fuit: Hæc toto cœlo Academicorum ſectæ oppoſita fuit, maximamq; nominis celebritatem conſecuta eſt: Illiuſq; famam inter cęteros *Seneca Philoſophus* latiſſimè protulit. *Secunda* dicebatur *Pythagorica*, & *Italica* à Phythagora eius Principe, qui anno circiter ante Chriſtum natum 539. a mundo condito 3514. floruit: quia verò in Italia, ſiue in magna Græcia, quæ nunc *Calabria* vulgari appellatur voce, docuiſſe dicitur, dicta fuit Italica: Hunc Philoſophiæ naturali, cuius Thales auctor fuiſſe dicitur 1. *Metaph.c.4.* non pauca addidiſſe teſtatur c. 5. Ariſtoteles. Pythagoræ ſucceſſit *Thelanges* filius: eamdem ſectam profeſſi ſunt *Xenophanes* Colophonius (quē principem Eleaticę ſectæ facit *Clem. Alex.*) *Parmenides*, *Zeno eleates*, *Leucippus*, *Democritus* (quem audiuit *Nauſiphanes Epicuri* Magiſter) *Alcmæo Crotoniates*, *Architas Tarentinus*, alijque. *Eraclitum* verò Philoſophum Pythagoricis vixiſſe temporibus nonnulli putant. *Tertia* dicebatur *Academica*, cuius Princeps fuit *Plato*, qui ſucceſ-

ſores habuit *Speuſippum*, *Xenocratem*, *Polemonem*, *Crantorem*, *&* *Cratetem*, qui ſcientiam diſſimulantes in omnem partem ſe vertebant diſſerendo, nihilque ex ſe, ſed ex aliorum cõfeſſione concludebant: & hi in Academiæ *Veteris* Philoſophis numerantur. Subſecutus eſt *Cratetem* Arceſilas Pytaneus, qui *Phyrronis Sceptici* ſententię adhæſit, nihil ſciri poſſe, omniaque incerta eſſe aſſerentis: Hic *Nouæ* Academiæ auctor fuit; eumq; excepit *Lacydes* *Euandri* præceptor: *Euãdro* ſucceſſit *Egeſimus*, quem audiuit *Carneades*, qui *Mediæ* Academię auctor fuit. Hic docuit, aliquid certi eſſe, & quod approbari queat; eſſe præterea aliquid probabile, cui ſapiens ſine temeritatis, aut leuitatis nota aſſentiatur. Huius fuerunt ſectæ *Clitomacus*, qui ſub ipſius *Carneadis* diſciplina fuit, ac *Philo*, qui *Clitomacum* audiuit. Academicæ ſectæ fuerunt *Plotinus*, *Tullius*, alijque omnibus fermè ſeculis, vt videre eſt apud *Poſſeuinum* c.16. lib.13. Bibliotecæ. Floruit *Plato* anno circiter ante Chriſtum natũ *366*. a mundo condito *3687*. quo anno eum audire cæpit Ariſtoteles, qui ab eo, ſicuti & a cætera-

rum

rum ſectarum Philoſophis (ſi Stoicos excipias qui poſt illum floruerunt) multa deſumpſit: Vbi autem Alexandrum Magnum octo, aut quinque annorum ſpatio (iuxta variam eronographorum ſententiam) auditorem habuit, in *Licæo* 13. annos docuit: quibus expletis, hoc eſt anno ante Chriſtum natum circiter 321. a mundo condito 3733. mortuus eſſe dicitur, 63. annos agens. Hic reliquorum Philoſophorum placitis multa addidit, eaq; præclara, maximè quæ ad ſillogiſticam facultatem ſpectant; quare nouam meritò protulit ſectam, quæ Peripateticorum dicta fuit, vel quod Alexãdro Macedoni deambulanti ipſemet philoſophiã tradiderit, vel quod ipſemet deambulans in Lyceo eadem auditores ſuos imbueret. Ariſtotelem excepit Theofraſtus, quem ſecuti ſunt *Straton, Lycon, Critolaus, Diodorus, Cratippus, Demetrius*, aliiq; non ignobiles Phil. Antonino verò Imper. vt notat *Pererius* lib. 4. c. 4. omnes fermè Ariſtotelis libros interpretatus eſt *Alexander Aphrodiſeus*, Valente Imperatore *Themiſtius*, Iuſtiniano Imperatore *Ioannes Philoponus*, *Simplicius*, & *Se-*

 uerinus

uerinus Boetius vir omni litterarũ genere clariſſimus: Federico II. Imperante, vel paulò ante *Auerroes*, qui Commentator appellatus fuit: hic cæteris Philoſophis doctior non fuit, ſed vt notat *Poſſ.c.23.* ex affectata barbarie auctoritatem ſibi parauit. Poſt Auerroem recenſentur *Albertus Magnus, D. Thomas*, aliiq; ferè innumeri: Horum autem Ariſtotelis interpretum tres recenſentur Claſſes, hoc eſt *Græcorum*, inter quos maximè *Alexander* excellit *Arabum*, inter quos *Auicennæ* meritò primas nonnulli tribuunt; & *Latinorum*, inter quos ex antiquioribus principem obtinet locum *D. Thomas*: *Latini* autem interpretes ſunt pluris cęteris omnibus a pio Philoſopho æſtimandi, vt docent inter cæteros *Toletus, ac Poſſeuinus*: cæteri cautè legendi. Ethnicorum Philoſophorum, & maximè eorum, qui interpretati ſunt Ariſtotelem, errata nonnulla ab eodem *Poſſeu.c.29.* recẽſentur. Cum ergo hi leguntur, æquum eſt, vt *Plutarcum in libello de Audien. Poet.* ita loquentem audiamus: *Oportet autem non timidè, velut in templo, omnia horrere, omniaq; ſuperſtitioſè revereri, ſed ſumpta*

auda-

andacia conſueſcere de eo, quod decet, & rectum eſt liberè pronunciare, hoc eſt, ſuo loco acclamare, Benè, & verè hoc, Malè & falsè hoc, Probabiliter hoc, Magis probabile hoc: quiſquis enim omnia admiratur, illiſque ſe exhibet familiarem, dum iudicium ſubijcit opinioni præclaris nominibus infectæ, ſimilis erit quibuſdam inſignium auctorum diſcipulis, qui dum præclara referre non poſſent, exprimebant turpia, veluti Platonici quidam præceptoris incuruos humeros, & Ariſtotelici balbutiem magiſtri æmulabãtur. Similes his Ariſtotelicis ſunt illi, qui Ariſtotelis errata maximè contra fidem ſophiſticis quibusdam argumentis ſulcire nituntur.

Sextò, Hoc, & præterito ſæculo maximè floruiſſe doctrinam Peripateticam; nam Philoſophi, qui ab anno 1500. ad hæc vſq; tempora de Philoſophia libros ediderunt, non tãtum ea, quæ antiquiores continent libri, recludunt, verum etiam multa addiderunt, multa ſubtiliùs examinarunt, magiſq; ordinatè omnia diſpoſuerunt. Vt igitur pius Philoſophiæ ſtudioſus ſciat, quos in Philoſophia du-

tes ſequi poſſit, nota ſibi celebriorum huius, & præcurrentis ętatis Philoſophorum nomina recenſendą eſſe duxit, ſed eorum, qui citra vllum pietatis periculum, perlegi poſſunt: Hi autem ſunt e Religioſis familijs, quę in Theologiā incumbunt, & non nudā rerum philoſophicarū cognitionē acquirere nitūtur: excellunt autē in Philoſophia religioſi homines præ ceteris, quia illis etiam hoc peculiariter inter cætera dona elargitur Deus, vt in litteris proficiant, quod experiētia patet; cuius rei rationem latè *Pater Hieronymus Platus lib. 2. de Bono ſtatus Religioſi cap. 23. & 24.* proſequitur. *Ex Ciſtercienſi ordine* prodijt *Griſoſtomus Cauero.* *Ex Clericis minoribus Raphael Auerſa* in vniuerſam Philoſophiam eruditè ac ingenioſè; *& Ioānes Gueuara* de Interiori Senſu, & in Ariſtotelis librum de Mechanicis. *Ex Clericis Regularibus vulgò Teatinis, Paulus Areſius* Epiſcopus nunc Diuionenſis in libros de Generatione, vir de omni fermè ſcientiarum genere optimè meritus; & *Zacharias Paſqualinus* in metaphyſicā. *Ex Carmelitanis Diſcalceatis, Didacus à Ieſu*; & *Collegium Complu-*

tenſe modò editum. *Ex Scoti* ſectatoribus *Fràciſcus Aretinus*; & *Petrus Faber*; E ſacra *Prædicatorum familia Card. Caietanus*; *Franciſcus de Silueſtris Ferrarienſis*; *Dominicus Sotus*; *Hyacintus Petronius* in logicam; *Ioannes Sanchez* in logicam; *Didacus Maſius*; *Dominicus Bagnez*; *Dominicus Flandria*; *Michael Zanardus*; *Franciſcus Araudus*; *Arauxo*; & *Gallego*. E *Societate Ieſu Card. Tolettus*; *Benedictus Pererius*; *Petrus Fonſeca* in Ariſtotelis Metaphyſicã, vbi tamẽ omnes ferme difficultates Philoſophicas enodat; Hic|ẽt conſcripſit Inſtitutiones Dialecticas, ſicuti & *Toletus*, quorũ veſtigijs non multis abhinc annis inſtitit *Antonius Caſilius*: *Franciſcus Suarez* in Metaphyſicam, & in libros de Anima; *Gabriel Vaſquez*, cuius diſputationes Metaphyſicę ex varijs locis Theologicorum operum in vnum volumen coactę ſunt: *Antonius Ruuius*; *Patres Conimbricenſes*; *Gregorius Ferrarius* in Phyſicã; *Paulus Vallius* in Logicam; *Ioannes Smiglecius* in Logicam; *Franciſcus Amicus*; *Coſmus Alemãnius*, qui Philoſophiam ex vnico D. Thoma ſumma cum induſtria collegit, ac in plures

ges ſequi poſſit, nota ſibi celebriorum huius, & præcurrentis ętatis Philoſophorum nomina recenſenda eſſe duxit, ſed eorum, qui citra vllum pietatis periculum, perlegi poſſunt: Hi autem ſunt ę Religioſis familijs, quę in Theologiā incumbunt, & non nudā rerum philoſophicarū cognitionē acquirere nitūtur: excellunt autē in Philoſophia religioſi homines præ ceteris, quia illis etiam hoc peculiariter inter cætera dona elargitur Deus, vt in litteris proficiant, quod experiētia patet; cuius rei rationem latè *Pater Hieronymus Platus lib. 2. de Bono ſtatus Religioſi cap. 23. & 24.* proſequitur. *Ex Ciſtercienſi ordine* prodijt *Griſoſtomus Cauero. Ex Clericis minoribus Raphael Auerſa* in vniuerſam Philoſophiam eruditè ac ingenioſè; & *Ioānes Gueuara* de Interiori Senſu, & in Ariſtotelis librum de Mechanicis. *Ex Clericis Regularibus vulgò Teatinis, Paulus Areſius* Epiſcopus nunc Diuionenſis in libros de Generatione, vir de omni fermè ſcientiarum genere optimè meritus; & *Zacharias Paſqualinus* in metaphyſicā. *Ex Carmelitanis Diſcalceatis, Didacus à Ieſu*; & *Collegium Complu-*

tenſe

tenſe modò editum. *Ex Scoti ſectatoribus Frāciſcus Aretinus; & Petrus Faber;* E *ſacra Prædicatorum familia Card. Caietanus; Franciſcus de Silueſtris Ferrarienſis; Dominicus Sotus; Hyacintus Petronius* in logicam; *Ioannes Sanchez* in logicam; *Didacus Maſius; Dominicus Bagnez; Dominicus Flandria; Michael Zanardus; Franciſcus Araudus; Arauxo; & Gallego.* E *Societate Ieſu Card. Tolettus; Benedictus Pererius; Petrus Fonſeca* in Ariſtotelis Metaphyſicā, vbi tamē omnes ferme difficultates Philoſophicas enodat; Hic ſēt conſcripſit Inſtitutiones Dialecticas, ſicuti & *Toletus*, quorū veſtigijs non multis abhinc annis inſtitit *Antonius Caſilius*: *Franciſcus Suarez* in Metaphyſicam, & in libros de Anima; *Gabriel Vaſquez*, cuius diſputationes Metaphyſicę ex varijs locis Theologicorum operum in vnum volumen coactę ſunt: *Antonius Ruuius; Patres Conimbricenſes; Gregorius Ferrarius* in Phyſicā; *Paulus Vallius* in Logicam; *Ioannes Smiglecius* in Logicam; *Franciſcus Amicus; Coſmus Alemanius*, qui Philoſophiam ex vnico D. Thoma ſumma cum induſtria collegit, ac in plures

 libros

libros diuiſit; *Theophylus Raynaudus* de Theologia Naturali, de Virtutibus & Vitijs, ac de Diſciplina Morali, de qua etiã *Tarquinius Gallutius* eloquentiſſimè; *Hieronymus Dandinus* in libros de anima, vbi de omnibus alijs ferme quæſt. Philoſop. agit; *Ioannes Lorinus*, in Logicã, *Adamus Tannerus de Cælo*; *Alexander de Angelis in lib. contra Aſtrologos*; *Franciſcus Albertinus* in Corollarijs; *Nicolaus Cabeus* de lapide Magnetico, qui in metereologicos Ariſtotelis libros eruditos, acutoſq; meditatur Commentarios: *Petrus Vrtadus* ingenioſè in Metaphyſicis; & nouiſſimè *Rodericus Ariaga*: plures autem ex his interpretationẽ quoq; Textus Ariſtotelici ediderunt, vt inter cæteros *Toletus, Fonſeca, Vallius, Lorinus, Conimbricenſes, Ruuius, Dandinus*, &c. E Theologis maximè de Phyloſ. agunt in libris Theologicis *Hieronymus Faſolus* duobus voluminibus in primam partẽ; *Stephanus de Bubalis* in Cõmentationibus Angelicis; *& Ioannes de Lugo* ſelectis Diſputationb. de Incarnatione quæſtiũculas logicales intermiſcet; alij multi recenſentur, qui nomine diſcipulorum inſcripto

inte-

integra edidere volumina Philoſophiæ compendiaria, vt Patres *Antonius Rauizza, Franciſcus Roſſanus, Vincentius Aranea, Alexander Gottifredus, & Odo de Comitibus*, ſicuti nouiſſimè, ita acutiſſimè. Hos autem omnes Philoſophos recenſitos, qui animo perturbatione omni carente legerit, non tantùm aſſentietur *Columella lib. 4. de Agricult.* docenti, *nullam artem, vel diſciplinam eſſe, quæ ſingulari ſit conſummata ingenio*, & *Gloſæ* initio *leg. Gallus ff. de lib. & Poſth.* dicenti, iuniores, ex quo viderunt ſcripta antiquorum, factos fuiſſe perſpicaciores; verum etiam vel in *Alex. Taſſ.* ſententiam concedet *lib. 9. c. 6.* in Tomo, cuius titulus eſt, *Varietà di Penſieri*, ingenia in dies acutiora fieri, ac reddi aperte fatenti, vel ſaltem adhærebit *Secundo Lancelloto* eruditiſſimo Oliuætanæ familiæ Abbati, qui in Proemio libri, quem inſcripſit, *L'Hoggidì, ouero, ch'il mondo non ſia hora peggiore di prima*, apertè aſſerit, recentiorum ingenia antiquioribus non concedere: de qua re peculiari volumine ſe acturum promittit. Interim legatur *Paulus Sherlogius in Cantica Canticorum Anteloquio quarto ſect. 12.*

Septi-

Septimò, non ex eo quod maximè commendentur Ariſtotelici libri, ſingula ijs recluſa laudari, vel approbari: etenim etiam Hieronym. Auguſt. aliorumq; Eccleſiæ Patrum, ac Doctorum ab omnibus ſapientibus, imò ab ipſis Pontificibus, & Concilijs cõmendantur libri, & tamẽ Eccleſia aliquando aliqua ſtatuit oppoſita ijs, quæ in huiuſmodi voluminibus diſtributiuè ſumptis aſſerebantur. Certam quidem apud omnes cõcluſionem eſſe fatetur *Gillius in* 1.*p.lib.*1.*tr.*7. nullius ſingularis hominis dicta tantũ auctoritatis pondus habere, vt abſq; examine, & delectu, *quia ipſe dixit*, neceſſariò admitti debeant. Eos auditores, apud quos valet auctoritas ſine ratione, nõ admittit veritatis Philoſophicæ doctor, imò neq; Ariſtoteles, alioquin Pythagoricę ſectę ſuũ conſecraret alumnum. Rationes euidentes extorquent aſſenſum ab intellectu, quas ſi non obtulit Ariſtoteles, facilè patietur nos ipſi aſſenſum non præſtare, vel ſaltem contrariam ſententiam falſitatis, vel improbabilitatis non damnare, vel ſi cõtrariam magis exiſtimemus probabilem, vel euidenter veram, magis cõ-

trariæ

trariæ adhęrere, imò a ſua diſcedere, ſicuti ipſe a ſuomet præceptore non ſine laude aliquando ſaltem diſcedit. Quem, ſi diutius vixiſſet, illud initio ſuorũ operũ euulgaturum fuiſſe credibile eſt, quod ſcribit Aug. 3. de Trinitate. *Nolis meis litteris, quaſi ſcripturis Canonicis inſeruire: ſed in illis, & quod non credebas, cum inueneris incunctanter crede; in iſtis autem, quod certum nõ habebas, niſi certum intellexeris, noli firmum retinere:* & ad Vincentium Victorem lib. 2. *negare non poſſum, nec debeo (ſicut in ipſis maioribus) ita multa eſſe in opuſculis meis, quæ poſſunt iuſto iudicio, & nulla temeritate culpari*: Quæ, & ſimilia habentur *diſt. 9. in Decretis*: & ſi Auguſtinus librum Retractationum conſcripſit, idem forſan præſtitiſſet Ariſtoteles, ſi ſuam recognoſcere doctrinam, alioſq; ſua pronunciata oppugnantes audire potuiſſet. Certè 2. *Cæli t. 33. & 34.* adducens in quæſtionem; cur cęlum perpetua conuerſione ab ortu potius, & a dextera parte feratur ad occaſum, quam contra, obijcit ſibi, quæſtionem hanc inanem eſſe, nam omnia velle exquirere, & inuenire, aut eſt ſtulti hominis,

qui

qui rerum difficultates, quas aliquando diſſimulare oportet, non agnoſcit; aut maximè arrogantis, qui omnia ſe explicaturum confidit; & reſpondet, non confeſtim eos incuſandos, qui arduas excitant quæſtiones, ſed inſpiciendũ, quo animo id faciant: nam ſi oſtẽtationem ſapientiæ, & ingenij famam inaniter aucupentur, velintq; ſibi, quaſi oraculo, credi, reprehenſione digni ſunt: ſi ſcientię cupiditate, & veri inueniendi amore ducantur, habenda eis gratia eſt, ſi quid ingenio ſuo, ac labore pepererint, quod verũ videatur. En Ariſtoteles laudat eos, qui nouas excitant quęſtiones, & eos reprehendit, qui ſibi ſoli fidem haberi volunt.

Octauò, eum qui aſſereret Ariſtotelis doctrinam eſſe euidenter veram, euidenter à veritate deflectere; quod colligitur non ſolùm ex communi Patrum, Theologorum, ac Philoſophorum Catholicorum ſenſu, qui eum in aliquibus apertè erraſſe apertè fatẽtur, imò aliqui euidentem contra Ariſtotelem ſe habere demonſtrationem ſentiunt; vt inter cæteros ij, qui creaturam vel permanentem, vel

ſucceſ-

ſucceſſiuam eſſe ab æterno non potuiſſe putãt; verum etiam ex ipſius Ariſtotelis ſententia tùm implicita, cùm explicita. *Implicitè* hoc innuit, 1. Top. c. 1. docens *eſſe id probabile, quod videtur omnibus, vel plurimis, vel maximè familiaribus, & probatis*, ſiue verſatis in aliqua ſcientia, & arte. Sed Ariſtoteles ipſe non eſt niſi vnicus ſapiens: ergo argumentum tantùm probabile eius auctoritas faciet: ſi verò alij ſapientes contra ipſum ſentiant, ſi præterea omnes fermè, horũ auctoritas reddet argumẽtũ cõtrariũ probabilius. *In* 12. verò *Met. t.* 45. hæc habet; *Quædam quidem nos ipſos quærere decet, quædam autem a quærentibus ſciſcitari, ſi quid præter ea, quæ nunc dicta ſunt, his videatur, qui circa hæc verſantur, diligere quidem vtroſque, adhærere verò certioribus*. In quem textum ſic habet D. Th. *Quia in eligendis opinionibus, vel repudiandis non debet duci homo amore, vel odio introducentis opinionem, ſed magis ex certitudine veritatis, ideò dicit, quod* oportet amare vtroſq; *eos ſcilicet, quorũ opinionẽ ſequimur, & eos quorũ opinionẽ repudiamus: vtrique enim ſtuduerunt ad inquirẽdã veritatẽ, & nos in hoc adiuuerunt: ſed*

tamen oportet nos perſuaderi a certioribus, *ideſt, ſequi opinionē eorū, qui certius ad veritatē peruenerunt*. Et licet ibi de Mathemat. loquatur Philoſophus, eadem tamen in Philoſophicis vrgēt. *Expreſsè* idē innuere videtur 1. *Eth.c.3.* vbi fatetur *ſe pingui minerua agere de moralibus, et eſſe eruditi eatenus exactam in vnoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura poteſt*: & In Metaphy. *t.16.lib.2. certitudinem ſermonis Mathematicam non oportere in cunctis quærere, ſed in his quę non habent materiā*: quæ ſignificant, vt interpretatur Fonſeca cum alijs, accuratas quidem demonſtrationes poſcendas eſſe a Mathematicis, qui circa res materiæ ſenſibilis, ac proinde mutabilitatis expertes verſantur; *minus autem certas, ac perfectas demonſtrationes flagitandas ab ijs, qui res pertractant materiæ, ac mutabilitatis participes, vt forſan ſunt res omnes naturales*. Hinc Phyſica dicitur ab aliquibus eſſe imperfecta ſcientia, cognitio enim phyſica, vt ſic ſemper eſt expoſita periculo falſitatis; qua de cauſa *Ioannes De lugo diſp. 21. de Incar.* ait, Theologos communiter ſupponere Chriſti Domini aſsē-

ſus

ſus non fuiſſe euidentes phyſicè propter imperfectionem, quem habet hic aſſenſus. Doctrina ergo Ariſtotelis Phyſica poteſt eſſe ex natura ſua falſa; ſcientiæ enim perfectę obiectum iuxta eius principia 1. Poſt c. 2. debet non poſſe aliter ſe habere, & vt aliquis dicatur ſciens perfectè, debet hoc idem cognoſcerę. Initio autem eiuſdem libri *fatetur, intellectum animæ noſtræ ad ea, quę omnium manifeſtiſſima ſunt ſe habere, ſicuti oculos veſpertiliorum ad lumen diei*: A qua lege non exemit Ariſtoteles intellectum ſuum: difficultas autem, quam in veritatis cognitione experitur intellectus, vel tota in ipſius imbecillitatem cum *Scoto*, eiuſq; ſectatoribus, vel ferè tota vna cum *D. Th.* aliiſque reijcienda eſt. Præterea 2. *de Cęlo t. 60. ſe probabilia amare*, initio meteor. *de aliquibus* dubitare ait, *aliqua quodammodò tangere*: & 1. de Gen. *hæc ſoluere tentandum eſt*; *c. verò 5.* oportet dubitationis ſolutionem tentare inuenire; hiſque ſimilia alia, vt notat *c. 20. Poſſeuinus.* In ſuis libris etiam Ariſtoteles ſæpè vtitur illis particulis, *Quaſi*, *Fortè*, & ſimilibus, quæ ambiguam reddunt ſententiam. Imò librum,

in quo

in quo plurium naturalium effectuum cauſas explicat, quæ clariùs explicandæ erant, vt potè Phyſicæ, *Problemata* inſcribit. Problema autem ex 1. Top. c. 9. *dubitationē habet eo quod ſint rationes ſuaſibiles vtrinque: et de quibus rationem non habemus cum ſint magna, difficilè arbitrantes propter quid aſſignare.*

Adde rationes quas affert, vt plurimum eſſe probabiles, quod non ſolum docent qui contrarias Ariſtoteli ſuſtinent opiniones ingenioſi viri, verum etiam ipſemet teſtatur, ſe ſolum procedere probabiliter aliquando, vt 8. *Phy. t.* 70. & multi interpretes notant, & pręcipuè Auerroes circa *t.* 9. 4. *Phy.* ſæpè autem multiplicat rationes Ariſtoteles, vt magis probabilem reddat ſuam opinionem; ſæpe enim multæ ſimul efficere poſſunt id, quod ſeorſim ſingulæ nequirent, vt duo poſſunt aliquando ſuſtinere vnicū pondus, quod quilibet ſingillatim non poſſet.

Nono poſſe in rigore nos fateri eos, quos habemus prę manibus libros non eſſe Ariſtotelis magna ex parte ſaltem, & per conſequens eius ſententiam non poſſe a nobis certo ſciri, nam

omnes

omnes ferme fatentur eos terrę viſceribus occluſos multis locis labefactatos, & corroſos Apelliconem Teium pro arbitrio ſuppletis corroſionibus multis erroribus reſperſiſſe, & ſi libros *exotericos*, qui ſunt faciliores, vt de Moribus, de Hiſtoria Anim. Partibus &c. Rhetorica, ac Poetica, quos pomeridianis horis explicabat Ariſtoteles, multis reſperſit erroribus, credibilius eſt, vt notat *Fonſeca* in proemio Met. cap. 2. *acroamaticos*, qui ſunt difficiliores, quos antemeridianis horis explicabat, quales ſunt Logica, Phiſicorum octo lib. cum libris de Cœlo, de Generatione, de Anima, ac Met. iiſdem reſperſiſſe. Hos autem deſcriptos etiam fuiſſe iterum Romæ ab indoctis viris teſtatur *Strabo* lib. 13. Accedit vitio ſcribentium, vel cudentium libros varia irrepſiſſe errata; vnius autem, aut alterius litteræ inuerſio, aut immutatio ingens importat incommodum, & hoc maxime accidit in Latina verſione, nam non conſentire quandoq; Græco textui notat inter cæteros nouiſſime *Ioannes Cottunius* vir Grecæ linguæ peritiſſimus, ac Philoſophus illuſtris *in lib. de triplici*

ſtatu

Statu Animæ rationalis: Certè clauſulas multas, vel additas, vel cõmutatas fuiſſe profitetur ex ipſis Peripateticis *Theodorus Gaza, Themiſtius ac Philoponus*: Imo an ipſi libri, qui prælegentur, ſint ipſius Ariſtotelis, dubitare nõ nemo poteſt; habebit enim pro ſe auctores, qui in multis ſaltem illi aſſentiantur; nam *Tullius 6. de finibus bonorum & malorum*, dubius eſt an *lib. Eth.* ſint Ariſt. cuius opinionem ſecutos eſſe alios refert *Piccolomineus Cap. 13. introduc. Phil. Ciuilis*: & liber *Prædicamentorum* tribuitur Architæ Tarentino; liber *perhierm.* ab Andronico Perip. quem Seuerinus Boetius iudicem librorum Ariſtotelis appellat, negatur eſſe ab eo conſcriptus an lib. *Poſteriorum* ſint partus ingenij Ariſt. dubitat T. 1. diſcuſſionum lib. 3. & 4. Franciſcus Patritius: *Septimus lib. Phyſicorum* tanquam ſpurius reijcitur ab Alexandro, Eudemo, ac Themiſtio. *Primus liber Meteororum* a non paucis remouetur ab Ariſtotelicis, vt videre eſt apud Olimpiodorum Alexandrinum. Enimuerò Ammonius, Philoponus, Simplicius ſolent cum alijs initio fermè cuiuſq; lib. diſputare, an ſit ille

ſuppoſititius, nec ne; quod non reuocaretur in dubium, ſi eſſet euidens eos Ariſt. eſſe Multi æmulari potuerunt eius ſtilum, quod maximè potuit facere Theofraſtus, qui fertur quoque ſcripſiſſe de Prędicamentis, de Interpretatione, ac de Analiticis.

Decimò, euidenter non poſſe Ariſt. mentē inueſtigari, tum ex modo dictis, tum quia omnes interpretes variant, imo aliqui contradictionis notant Ariſtot. tùm quia ipſemet libros de Philoſophia Naturali, quo nomine cōprehendi etiam Met. putat Fonſeca, à nullo intelligi poſſe, niſi qui ipſum audierit teſtat in *Epiſtola ad Alexandrum*: Obſcuritatem verò ipſum amaſſe conſultò aliqui aſſerunt, vel vt maiorem Philoſophiæ honorem conciliaret, vel vt imbecillioris ingenij diſcipulos à ſua reuocaret diſciplina, vel ad occultādam ſuam inſipientiam, vel potius ex induſtria, ne ſubſequentes Philoſophi perſpectum, quid ipſe ſentiret, haberent, adeoq; eorum ingenia ad veritatem indagandam impelleret.

Vndecimò, *Ariſtotelem* multis dignum eſſe laudibus 1. propter limatum in dijudican-

dis pleriſque ſententijs iudicium, acerrimumque in ijs ad vltima vſq; principia reuocandis ingenium; quod maximè in metaphyſicis pręſtat; in his enim ſicuti & in moralibus magis excellit, quam in Phyſicis. 2. propter accuratiſſimam in diuiſionibus tùm nominum, cùm rerum diligentiam. 3. propter ſtili breuitatem, ſed talem, vt de celeberrimis fermè præcipuis Philoſophicis quæſtionibus egerit, vel ſaltem eas aliquo modo innuerit; quæ laus in antiquioribus illo deſideratur. 4. propter præclaram in tradenda Philoſophia methodũ; quod præclaram etiam rerum philoſophicarum cognitionem indicat: & hanc veroſimile eſt cauſam fuiſſe ſi non vnicam, ſaltem vnam e potiſſimis cauſam, qua ad Ariſtotelem Philoſophiæ Principem ſeligendum Catholicæ Philoſophorum Academiæ allectæ fuerũt: cum enim Philoſophi in Academias inuehere cuperent eam quæſtiones proponendi, ac examinandi conſuetudinem, quam in ſcolas importauit *Petrus Lombardus*, qui *Magiſter ſententiarum* dictus eſt, circa Theologicas quæſtiones, quas etiam aptiori methodo *D.*

Th.

Th. in ſua ſumma diſpoſuit, nullus aptior Ariſtotele viſus eſt auctor, ille enim miro cum ordine philoſophica pertractauit. Dixit eſſe vnam e potiſſimis cauſam, quia altera fuit, quod viderint (vt notat *Fonſ. in proem. Metaph. cap.5.*) Ariſtotelis errores perſpicuos eſſe, & qui neminem laterent, cætera quæ ab eo tradebantur egregia eſſe, & quæ mirum in modum pijs iuuandis, & hæreticjs, ac Gentilibus coarguendis cōducerent: a quo antiquiorum Philoſophorum Catholicorum ſenſu recedunt ij, qui dubiam etiam Ariſt. mentem contra fidem interpretantur.

Duodecimo, tanquam Ariſtotelis libros admittendos eſſe eos, qui iam communiori Peripateticorum ſuffragio ab eo conſcripti fuiſſe decernuntur; grauis enim in Philoſophorum republica perturbatio foret, ſi aliqui diſſentirent; non enim iam haberent ducem, adeoq; nulla ferme haberent principia, in quibus cum cæteris conuenirent. Multi quoque faciendum eſſe, addidit, Ariſtotelis textum, ac enitendum, vt Ariſtotelici ſenſus intelligentia pro viribus acquiratur; non leui enim Philoſo-

loſophico bono denudaretur, qui non rudem ſaltem textus Ariſtotelici notionem haberet: Præterea Ariſt.auctoritatem multi faciēdam, quam multi fecerunt quoque *D. Thomas, Scotus*, alijq; ingenioſi viri: eo tamen in prætio hæc eſſe debet, vt Ariſtotelem non nouum quemdam Profetam, ſiue Apoſtolum fuiſſe exiſtimemus, ſiue etiam eum Catholicis Eccleſiæ Doctoribus comparemus; nunquam enim illi eas laudes detulit, Eccl.quas in *Aug. Hieronymi, D.Thomæ*, &c. doctrinam congeſſit: vel quodlibet eius verbum multa recludere myſteria non arbitremur; hæc enim videtur ſola diuinarum litterarum laus, vt communiter Bibliorum interpretes docent; nec ſacrarum ſcripturæ vocum ſenſum ad mentem Philoſophi detorqueamus, non verò iuxta Sāctorum Patrum interpretationem explicemus; nec eas voces a propria vi remoueamus, vt in Ariſtotelis ſententiam pertrahantur. Subiecit, cum vtrinq; probabiles ſunt rationes, propter ſtudium in Ariſtotelem, eius ſententiam Peripateticæ ſectę ſtudioſo potius amplectendam eſſe, ita tamen, vt contrariam

quo-

quoque tueatur, vel ſaltem non falſam exiſtimet; vel appellet: intellectus enim, cum veritas perſpicuè non elucet, vtramq; partem probabilem eſſe iudicare poteſt: imò ea vis eſt intellectus, vt poſſit etiam aliquam partē, quam probabilem putauit, per actum reflexum iterum improbabilem iudicare ductus eorum auctoritate, qui eam opinionem in numero improbabilium reponunt. Nec leue bonum adipiſci poteſt intellectus, dum probabili Ariſtotelis, vel alterius auctoris argumēto aſſentitur, dum perfecta demonſtratio haberi nequit, optimum enim eſt in his circumſtantijs probabilis aſſenſus, vt habetur *ex.* 1. *de Part.c.* 5. *&* 2. *Cœli t.* 34. ac *D.Thom.* 1. *contra Gent.c.* 5: non ſecus ac dum perfecta haberi nequit valetudo, minor ſanitas eſt optimum, dignumque quod per artem quæratur.

Decimotertiò. Modum, quo Ariſt. ſentētiam expiſcari pro viribus poſſimus, triplicem aſſignari poſſe. *Primum*, ex magis laudabilibus interpretibus: de quibus *quinto*, *&* *ſexto* monito. *Secundum*, ex Græci ſermonis, in quo excelluiſſe Ariſtotelem *Tullius* inter cæteros

 tella-

geſtatur, intelligentia. *Tertium*, qui cæteris quoq; præſtantior videtur, ſed difficilior, ex diligenti eorum, quæ diuerſis dicuntur in locis, collatione, debent enim omnia ſimul cõponi,& maximè locus ille,in quo ex cõpoſito de aliqua re agit, animaduertẽdus;eſt enim apud Ariſt. in more poſitum, vbi aliquam ſtatuere rem non eſt neceſſe, illam admittere ibi, vel ſaltem non reprobare, licet poſtea diſſentiat. Subſequentia cum antecedentibus debent conferri, & e contra: attendendę ſunt particulæ omnes, voceſq; præcipuè, nam cum hæ ſint ſæpè æquiuocæ, in vario ſenſu ſumit varijs in libris, & capitibus, imò aliquando in eodem capite, vt patet in illa voce, *ſubſtantia*, in *Cap*. de *ſubſtantia*. Sæpè iuxta famoſas antiquorum opiniones loquitur, & potius aliorum ſententias referens, quam approbans. Sæpè etiam, vt notant cum alijs *D.Th.* & *Euſtratius*, non ad aliorum ſenſum, ſed ad verba argumentatur; Ariſtotele enim antiquiores Philoſophi fabularum integumentis, vt Perſeus, & Orpheus, alij ænigmatibus, vt Pythagorici, & quidam Platonici, alij

ci,alij mira dictionis obſcuritate, vt *Eraclitus* (qua de cauſa *Tenebricoſi* nomen illi inditum eſt) veritatem occultauerunt. Sæpè etiam contra antiquos ſuppoſitis eorum principijs ad hominem, vt fertur, argumentatur; & ex his aliquas infert concluſiones, quæ iuxta ipſius mentem veræ non ſunt, ſed neceſſariò ex falſa ãtiquorũ in eius ſẽtẽtia hypoteſi ſequuntur. Sic *D.Thomas*, *Scotus*, alijque cum *Toleto* putant rationes, quæ *4.Phyſ. t.71.* afferuntur probantes, *ſi daretur motus in vacuo, eum futurum in iſtanti*, vrgere quidem antiquos, contra quos ibi agit, qui nullam concedebant in vacuo reſiſtentiam; iuxta enim Ariſtotelis principia eum in tempore futurum aſſeuerãt.

Decimo quarto, Ariſtotelis Axiomata plurima eſſe vt plurimum vera, ab eo enim quod ſæpius accidit, illa deriuauit: Sic dicitur Homo canescit, Autumnalibus menſibus pluit, &c. Præterea, vt Philoſophi mentem aſſequamur, non eſſe reſpiciendum, quid ipſe in Vniuerſalibus Propoſitionibus doceat, ſed quid in ſingulis quæſtionibus; ex his enim quę hîc traduntur, coarctanda ſunt vniuerſalia

pro-

pronunciata *v.g. primò phyſic.* naturalium corporum tria eſſe principia ſtatuit, & tamen in libris de *Cœlo* priuationem non admittit in eo corpore, cum incorruptibile eſſe putet: ſignum ergo eſt, ibi tantùm de corporibus corruptibilibus locutum fuiſſe. Aliquando et iam Ariſtotelicæ propoſitiones, ſi de aliquibus certis rebus agatur, veræ tantummodò ſunt. *v. g. 6. Phyſ. t.* 22. hoc principium tradit; *omne quod mouetur, diuiſibile eſt*: quibus verbis intelligentias a motu excludere videtur: ibi autem, vt inter cæteros notat *Tol. q.9. in* 1. *de Anima*, de Indiuiſibili tantum quantitatiuo loquitur. In exemplis autem afferendis veritatis rationem non habuit, vt habet inter cæteros *Auerroes in t.* 156 *2. de Anima*, in quo habetur imaginatiuam facultatem Formicæ, & Api non ineſſe, quæ animalcula pręcellenti prædita eſſe imaginatione eorum opera valdè artificioſa clariſſimè indicant. Præterea vocem eamdem aliquando ſtrictè, & in rigoroſa ſignificatione, aliquando latè, & in minus rigoroſa ſumit; quare eamdem rem in vno ſenſu negat, in alio affirmat; vt cum 3. *de Anima*

ma t. 56. *&* 57. omnibus ineſſe animalibus imaginationem ſtatuit, cum tamen 2. *de Anima t.* 32. *&* 156. & 2. *Poſter. t.* 103. eam quibuſdam deneget, in his enim *textibus* de perfecta imaginatione, in illis de imperfecta loquitur: ſic quoque *t.* 131. 2. *de Anima* ſimpliciter oculos, viſumq; Talpæ tribuere, & 1. *de Hiſt. Animal. c.* 9. *&* *lib.* 4. *c.* 8. viſum illi denegare videtur; ſolùm tamen oculos completos, & manifeſtos hîc Talpæ non concedit, habet enim eos, vt *Cardanus* 10. *de ſubtil.* ſcribit, pelle quadam aliquantulum tamen perſpicua cõtectos, ne ſcilicet a terra, in qua deliteſcere ſolet, vllum reportet incommodum. His adde, Ariſtotelem conſueuiſſe communes iam rerum diuiſiones admittere, neq; in hoc deſudaſſe, vt exactas omnimodè eas traderet: ſic admiſit rerum diuiſiones in Decem Prædicamenta ab alijs factas, &c. ſicuti quoque non laborauit in hoc, vt perfectas rerum definitiones traderet, vix enim vnam aut alteram reperies, quæ omnibus planè ſit abſoluta numeris: illis ſatis fuit ad ſummum plurimarum rerum naturam per proprietates, aliaq; illis

adia-

adiacentia quæ alteri conuenire nequeunt, indicare.

Decimo quinto, non eos eſſe Ariſtotelicos, veroſque Peripateticos, qui, vel vt Arithmetici, ſiue potius, vt pueri librorum apices enumerantes ſupputant, quoties vox aliqua ab Ariſtotele vſurpata fuerit; vel vt inſulſi quidam Grammatici abſtruſas quaſdam, reconditaſque in Ariſtotelis libris voces inquirunt, eaſque tanquam ſpecioſas quaſdas merces philoſophantium plebi venditant; vel vt Textores, araneantes tamen, aut notas quaſdam marginales Ariſt. libris inſerunt, aut tãtùm examinant, an hæc Vox, vel Particula ſit aptè diſpoſita, an ex alio reſarcienda loco, in quot capita nonnullus Ariſt. liber, & in quot textus caput tribuendum ſit; vel inſtar odorariorum canum Ariſtotelis mentem indagãt, eius textum copioſè, & eruditè interpretantes: & hos quidem non leui honore in Ariſt. Rep. dignos eſſe cenſuit, tanquam Ariſtotelis Hiſtoricos, ne Grammaticos diceret, vt eos ſplendidiori nomine, quam Ciceronis vel Virgilij interpretes, cohoneſtaret: ſummos

tamen

tamen Peripateticorum Philoſophorum honores ijs deberi aſſeruit, qui & Ariſtotelis ſenſum percipere ſtudent, & proprio adhibito iudicio ex animo verè ſentiunt ea, quæ ſentire videtur Ariſtoteles, ijs ducti rationibus, quibus ipſe ductus fuit, quas ſi vt probabiles tantùm attulerit, tanquam probabiles quoq; admittant, neq; eas, ipſo ſapientiores Ariſtotele, certas perſpicuaſque arbitrentur: ſi quid reconditi, ſi quid noui moliri cupiant, illud ex Ariſt. fontibus deriuare ſtudeant, ita vt Ariſtotelem ſuam quoquo modo indicantem ſententiam proferre poſſint. De qua re eloquētiſſimè perorātē ſe audiiſſe teſtatus eſt *P. Leonē Sāctium*, cum anno 1619. Philoſophiam Romano in Collegio ſibi, alijſq; tradere cæpit: probauit enim contra quoſdam Ariſtotelis textuales *Societatis Ieſu Doctores* veram, germanamq, Peripateticam Philoſophiam profiteri: quæ Præfatio modo eſſe in prælo dicitur. Eos denique monuit eſſe veros Peripateticos, qui Ariſtotelem imitantes veras rerum cognitiones acquirere nituntur; adeoq;

Ca-

Catholicorum Philoſophorum, quibus exploratum eſt falſitati Chriſtiana Dogmata expoſita non eſſe, munus eſſe, vbi Ariſtotelis dicta Fidei Decretis aduerſari nouerint, ea tanquam falſa animo reputare, & publica voce, ſi quando opus erit, vt iuxta quoq; Philoſophiam falſa damnare, & ab omnibus in falſarum iuxta quoq; Philoſophiam opinionum numero reponenda eſſe, prædicare. Præclarum autem in Ariſtotelem beneuolentiæ ſpecimen exhibebit is, qui eius dicta pro Fide, ſiue pro veritate, & non contra Fidem, ſiue contra veritatem exponere contendet: quod præſtiterunt Catholici Philoſophi, qui in Catholicas Philoſophorum Academias Ariſtotelis doctrinam tanquam cæterarum Principem induxerunt; quorum etiam veſtigijs inhæſerunt omnibus fermè inſequentibus ſeculis, & maximè hac, & ſuperiori ætate grauiſſimi Peripatetici, & non ſolùm religioſi, qui *monito* 6. enumerati ſunt; verum etiam ſæculares viri in Catholicis Academijs, maxima cum eorum Philoſophorum, Academiarumque

que laude. Omnium quidem Catholicorum Philoſophorum menti illud accerrimè commendandum eſt, *Amicus Plato, Amicus Ariſtoteles, ſed magis amica Fides, ſiue veritas.*

PARS SEXTA

Quænam ſit communiter vis vocum, quæ in Diſtinctionibus præſertim in vſu ſunt apud Philoſophos.

1 A *Parte rei, Per intellectum, Realiter, Aparenter.* Significat *A parte rei* eſſe independenter ab intellectu, vt eſt Cœlum lunæ, quod eſt in mundo etiamſi nullus cogitet: *Realiter* ſumitur dupliciter. *Primò*, prout opponitur *Per intellectum*, & idem, quod *A parte rei*, ſignificat. *Secundò*, prout opponitur *Apparenter*, ſiue *enti rationis*, quod eſt aliquid ab intellectu fictum, ſiue ens impoſſibile ab intellectu formatum: & in hoc ſenſu operationes intellectus, habitus intellectuales &c. *entia realia* dicuntur, ac denomina-

Digitized by Google

nationes logicæ *ſubiectum*, *prædicatum*, *genus*, *ſpecies* &c. dicuntur quoq; *reales*, eſſe enim *ſubiectum* in enunciatione *Petrum* v. g. *animal rationale* verò *prædicatum*, importat denominationem ab intellectu concipiente primo loco *Petrum*, ſecundo *animal rationale*, ſicuti aliquam naturam eſſe *genus* importat *denominationem ab intellectu concipiente naturam exiſtentem*, *vel poſſibilē exiſtere in pluribus indiuiduis notabiliter inter ſe differentibus non conſideratis indiuiduantibus differentijs*: hæc autem forma a qua dicuntur hæc *ſubiecta*, illa *prædicata* &c. eſt *ens reale*, cum ſit ipſa intellectus operatio; ſicuti quoq; *eſſe viſum parietem* eſt denominatio a potentia viſiua per ſuos actus verſante circa parietem: actus autem omnium potentiarum phyſicarum, ſicut & intentionalium ſunt *ens reale*, ideſt *non aliquid fictum*. Hinc fit, vt ſi concipias *Animal*, prout eſt *Genus*, tu concipias formaliter duo realia, quia tum *animalis natura*, tum actus intellectus, a quo denominatur *Genus*, non ſunt aliquid fictum. Apud aliquos idem ſignificat prorſus *Realiter*, ac *a parte rei*. Recole *n.* 16. & 21. & *partis Quartæ non.* 13.

L 2. *Ade-*

2. *Adequatè*, *Inadæquatè*, Vſurpatur prima vox, cum omni ex parte res aliqua ſumitur, vt ſi dixeris, *color eſt obiectum viſus*, aſſignas obiectum adæquatè illius potentiæ, nam eius nomine intelligis omnes propemodum colores, ſi autem dixeris, *Albedo eſt obiectum viſus*, ſiue *ſillogiſmus*, vel *demonſtratio eſt obiectum logicæ*, aſſignas tum viſiuæ, cum logicæ facultatis obiectum inadæquatè, non enim omni ex parte obiectum aſſignas. Sic reſponſio inadæquata dicitur, cum non plenè argumento ſatisfit. Sic dicuntur elementa inadęquatè conſiderari, cum ſolum *prout ſunt corporis naturalis ſpecies*, vel ſolum prout *ſunt materia mixtorum* conſiderantur: habent enim vtramq; conſiderabilitatem: ſic dicitur inadæquatè videri Deus ab intellectu beatifico, quia non omnia quæ ſunt formaliter, vel eminenter in Deo attingit: imò omnes noſtræ cognitiones dici queunt inadequatæ, quia non circa omnia rerum prædicata intellectus noſter verſari ſolet. Adęquata cognitio dicitur *perfecta*, inadæquata verò *imperfecta*, negatiuè ſcilicet vel poſitiuè modo explicando n. 42.

3. Ab-

3. *Abſolutè* aliquando ſumitur prout opponitur, *Facta aliqua ſuppoſitione v. g. Homo eſt animal rationale*, dicitur propoſitio *Abſolutè vera*, obiectum enim ita eſt ſicuti affirmatur, licet nihil aliud addatur: hæc verò, *Socrates ambulat*, dicitur vera *facta* &c. quia aliquid addendum eſt, vt verificetur, hoc eſt, ſi de facto Petrus ambulet; omnes enim propoſitiones de *contingenti* dicuntur veræ *facta* &c. *de materia neceſſaria* abſolutè veræ. Hæ præterea dicuntur *Abſolutæ*, hoc eſt, ad nullum reſtrictę tempus, etiamſi *verbum ſit de preſenti*: illæ verò non *Abſolutæ* quia petunt, vt verè ſubiectum exiſtat pro ea temporis differentia, pro qua affirmatur prædicatum. Primæ etiam dicuntur Aeternę, vel in ſenſu Negatiuo, quia ſcilicet *nunquam exiſtet homo, quin ſit Animal rationale*, vel quia verum fuit ſemper dicere, *quotieſcumque ponetur Homo, ponetur Animal, ponetur rationale, ponetur riſibile*: quam cognitionem, & ſimiles ab æterno habuit Deus, non verò creatura vlla: Deus autem non habuit hanc cognitionem affirmantem, *Quotieſcumq; ponetur Homo, ponetur albedo in illo*, licet

omnia & ſingula accidẽtia futura, imò & poſſibilia in indiuiduis obiectiuè in eius mente fuerint.

4. *In Actu exercito; in actu ſignato*, ſeu *exercitè*, & *ſignatè*. Tunc res ſumitur in *A. ex.* cum ſumitur ſecundum actuale exercitium, ſiue eſſe ipſius, abſq; eo quod ſignificetur, vel concipiatur; vt *ſcribere in actu exercito* eſt exercere illam actionem, quæ deinde ſignificatur per hanc vocem, *ſcribere*: In *A. ſig.* ſumitur vox, cum ſumitur præcisè ſecundùm ſuam eſſentiam, ac naturam, quatenus eſt ſignificabilis per vocem, vel conceptum; ſic *ſcribere in actu exercito* eſt concipere rem, quæ dicitur *ſcriptio*, vel ſignificare per hanc vocẽ, *ſcribere*: ſicuti qui dormiens putat ſe volare, in *A. ſig.* volat. Qui verò clamans dicit, *ſilea*, ſilet in *actu ſig. non ex.* quia clamorem exercet, licet per illam vocem *ſilentium* ſignificet: ſic qui aſſerit ſe aliquem amare, amat illũ in *A. S.* ac veluti *ſpeculatiuè*: qui verò aliquod amoris ſignum illi exhibet, amat illum in *A. E.* ac *veluti practicè*. Sic dicitur definiri à Porphyrio *Genus, ac Differentia* in *A. S.* tantùm,

tùm; quia definiuntur vt ſpecies alterius Generis, ſiue *eſſe Prædicabile*, quod eſt genus reſpectu quinque Prædicabilium, licet ſignificentur nomine Generis, ac Differentiæ. Sic dicuntur omnia æquiuoca, quatenus vnica definitione deſcribuntur, eſſe ęquiuoca in *A.S.* non in *A. E.* Aliquando voces *Formaliter*, & *Materialiter* idem ſignificant, ac A.S.A.E.

5. *Actu*, & *Potentia*. Illud *primò* dicitur eſſe *actu*, quod eſt extra cauſas, vel potentiã effectiuã, ſiue ſit a parte rei, ſiue ſit in intellectu, vt Petrus viuens, & ſpecies, habituſque intellectuales in eius intellectu reſidentes: illud autem, quod extitit, ſed iam non eſt, *fuiſſe actu, & extra cauſa* fuiſſe dicitur. *Potentia* dicitur eſſe id, quod non eſt extra cauſas, & ſolùm continetur in virtute cauſarum, ſiue etiam iſtæ cauſæ nũc ſint a parte rei, ſiue non, vt eſt Antichriſtus futurus, non enim adhuc exiſtunt eius parentes. *Secundò* tunc diceretur *materia ſubſtantialis eſſe in Potentia tantùm*, ſi per diuinam potentiam omni ſpoliaretur ſubſtantiali forma: dicitur verò ea eſſe *in Actu* nunc: quia de facto vnitur alicui formę,

 licet

licet etiam ſit in *Potentia* reſpectu formarum, quas non habet, ſed habere poteſt, earumque habet Appetitum innatum.

6. *In Actu Primo*, *In Actu Secundo*. Dormit Socrates in *actu primo* etiam dum vigilat, quia ſcilicet habet potentiam dormiendi: dormit *in actu ſecundo*, dũ actu eius ſenſus externi ab operationibus ceſſant. Dupliciter *in Actu primo* aliquid eſt, *Remoto*, & *Proximo*. *remoto*, cum res quidem habet potentiam aliquid efficiendi, vel patiendi, ſed non habet ex parte principij omnia requiſita vt in actũ ſecundũ exire poſſit; vt voluntas dormientis, etiamſi operari poſſit, reſpectu tamen operationis formaliter meritoriæ, vel demeritoriæ ſolum eſt in actu primo remoto, deeſt enim vnum ex requiſitis ad hoc, vt voluntas denominari poſſit potens proximè tales actus operari, cũ deſit ex parte intellectus debita obiecti propoſitio ſecundùm rationes boni, & mali: quæ cum ponatur in vigilia, denominatur proximè potens &c. ſic materia prima, antequam requiſitas ad formam equi diſpoſitiones recipiat, eſt in *actu primo* remoto ad eam, ijs autem rece-

ptis

ptis ſit in actu proximo potens eam recipere; Poteſt autem res aliqua eſſe in actu primo, *magis, et minus remoto*, prout sũt requiſita ad hoc, vt poſſit exire in actum ſecundum.

7. *Actus Immanens, & Actus Tranſiens*. Actus viſionis v. g. dicitur *Immanens*, quia recipitur in eodem ſubiecto ſaltem denominationis, a quo fit; non enim eſt neceſſe, vt in eodem principio a quo fit, actus immanens recipiatur; aliqui enim putant actus intellectionis produci quidem ab intellectu, quam ponunt potentiam ab anima diſtinctam, & tamen eos in ſola recipi anima. Nõ omnis actus immanens eſt vitalis, vt patet in aqua calida recuperante natiuum frigus. *Tranſiens* actus eſt v.g. calefactio ligni B. facta ab igne A. illa enim recipitur in diuerſo ſubiecto ab eo a quo proceſſit. An verò vterque actus producat terminum a ſe diſtinctum grauis eſt difficultas: probabilior poteſt videri eorum opinio, qui terminum in *tranſeunti* ſaltem diſtinguunt, *nam concedi debet id, per quod formaliter determinetur, vt calor qui eſt in ligno B. ſit ab igne A, & hic dicatur illius cauſa: nam ille idem*

potuit fieri a Deo ſolo.

8. *Actus, Habitus, & Potentia:* Sumitur 1: *actus* prò *forma ſiue ſubſtantiali, ſiue accidentali, materiam ſubſtantialem* (quæ eo quod ſit omniũ formarum ſubiectum, & indifferens ad omnes *Potentia* dicitur) actuans ac determinans ad certam ſpeciem entium, ſed peculiariter pro *ſubſtantiali*: ex hac, & illa dicitur fieri vnum *ens per ſe 2. de An. c. 1. 8. Metap. t. 15. & 16. & c.* ſiue vnum ſubſtantiale, tanquam ex duobus ſcilicet, quæ habent propoitionem inuicem (vt aliquid determinans, & determinatiuum) maiorem, quam non habeat accidentalis forma, & materia ſubſtantialis, hæc enim non ſunt in eodem Prædicamento ſubſtantiæ. Reſpectu illius formæ quam non habet, ſed poteſt habere naturaliter ſaltem, dicitur materia habere potentiam, quæ *Priuatiuè Actui* opponitur, & hæc non poteſt eſſe ſimul cum actu, ſed illum perſæpè ſaltẽ præcedit ẽt tẽpore', vt docetur 9. *Met. c. 4.* contra Megaricos docentes tunc ſolùm eſſe in potentia aliquid cum eſt in actu: cum verò habet formam, dicitur habere *Potentiam*, quæ *Relatiuè Actui opponitur*, non

tolli-

tollitur enim ratio potentiæ a materia formã habente, vt colligitur expreſsè ex 2. *Perih.c.* 2. Hic actus oppoſitus huic potentiæ dicitur *Informans*, non verò *Aſſiſtens*, qualis eſt Intelligentia reſpectu Cœli: ſunt enim Intelligentia, & Cœlum duo entia in ſua entitate omninò completa, ſicuti ſunt rhedarius, ac Rheda; de quo *parte* 4. *monito* vltimo. Sumitur *ſecundo* Actus prout eſt aliquid *Habitui* oppoſitum, quod ſolet dici *Compotentia, Additamentum, & Corroboramentum Potentiæ*, dum enim potentia intellectiua aliquos exercet actus ſępè, acquirit 1. *facilitatem* ad eos actus eliciendos, qua antea carebat 2. *vniformitatem* ad ſimiles eliciendos 3. *immobilitatem* reſpectu cõtrariorum, difficillimè enim potentia contrarios eliciet actus 4. *firmitatem*, qua non actus infirmos, ſeu remiſſos, ſed intenſos elicit. Illud ergo, a quo hæc omnia habentur, *Habitus* dicitur.

9. ***Antecedenter*, *Conſequenter*, vel *Interpretatiuè*, & *Formaliter*.** **Hæ voces connectuntur maximè cum verbo *eſt*, quod ad omnia ampliatur tempora: dicitur enim Petrus mó-**

do iuuenis, eſt Puer *antecedenter*, ſenex *conſequenter*: aliquando ſubintelliguntur hę voces, vt Cæci vident; ſenſus enim eſt, Qui erāt antecedenter cæci modò vident. Qui verò furatur veſtes ſacras eſt *formaliter fur*, ſed *conſequenter ſacrilegus*, quia primario quidem rem alienam ſurripit, cum verò veſtibus, annexum ſit, quod ſacræ ſint, conſequenter ſacrilegij peccatum committit, & in illud *Interpretatiuè* ferri dicitur, quia licet illud aliquo velleitatis actu nollet, cum tamen velit id, quod non poteſt eſſe ſine illo hic & nunc, in illud ferri quoq; meritò dicitur. Hinc illud Axioma. *Qui vult formam vult conſequentia ad formam*; quæ tamen debent *eſſe cum ea ex natura rei vt plurimum connexa, & præterea volita*: nam etiamſi ſoleant ſequi multa peccata ex ædificatione templi, qui tamen illud ædificari iubet, opus meritorium facit; & qui bibit plus æquo etiam, exiſtimans tamen ſe non inebriandum, non eſt reus eorum criminum, quæ ex ebrietate conſequentur. Præterea dicitur, qui *proprietatem tollit, non formaliter, ſed conſequenter eſſentiam tollit*, quia ſcilicet cum proprietas

prietas ſit extra eſſentiam, non poteſt per eius ablationem tolli eſſentia *formaliter*, & *immediatè*: cum tamen ſit ea neceſſariò connexa cum re, hęc tollitur cõſequenter, quatenus ſaltem res non eſt in ſuo ſtatu connaturali ſine proprietate, & Deus facit contra exigentiam rei conſeruando eam ſine proprietate: quod non euenit in ſeparatione *Accidentis etiam Inſeparabilis*: & in hoc ſenſu dicitur, *qui non eſt riſibilis, non eſt homo*, ideſt *conſequenter*. Vide ſimilem diſt. num. 25.

10. *Abſtractiua cognitio, Intuitiua, Quidditatiua, & Comprehenſiua. Abſtractiua* eſt cognitio; vel rei non exiſtentis prout non exiſtentis, vt quam habet Deus de creaturis poſſibilibus; vel quæ nõ eſt immediata licet ſit res exiſtens, vt viſio Petri in ſpeculo; vel quę non eſt per proprias ſpecies, ſed alienas, vt eſt cognitio noſtra ſaltem prima ſubſtantiæ, & ſubſtantiarum ſpiritualium. *Intuitiua*, quæ vel immediatè per propriam ſpeciem in obiectum fertur, qualis eſt viſio, & cognitio albedinis præſentis, vel quæ licet non feratur in obiectum præſens nunc, fertur tamen in illud

vt exiſtens pro ea differentia temporis in quo erit ; talis eſt viſio Dei circa creaturas futuras. Per *intuitiuam autem cognitionem poteſt* vna *formalitas cognoſci, & non alia* : ſic vnum Dei attributum poteſt a Beato intuitiuè cognoſci ſine alio. *Quidditatiua* eſt cognitio obiectum exprimens ſecundum vltimam eius differentiam, ſed per ſpecies eius proprias. *Comprehenſiua* eſt cognitio euidens & clara alicuius rei ſecundum omnia, quæ formaliter, vel virtualiter, vel eminenter, vel alio modo in ea continentur. Hanc non habent Beati reſpectu Dei, qui ſolus ſe ipſum comprehendit. Aliquando *quidditatiua confunditur cum comprehenſiua*, cum tamen illa minora, quam hæc requirat.

11. Appetitus *Innatus, & Elicitus*. Eſt *Primus* inclinatio ab auctore naturæ indita, qua vnaquæque res abſque vlla præuia cognitione ſuũ in bonum propenſa eſt. Hic duplex eſt, Improprius, & Proprius. *Impr.* eſt, quo res propenſæ ſunt in bonum materialiter, hoc eſt, in id quod bonum eſt, ſiue conueniens, non tamen ſub ratione boni, & conuenientis

tendit.

tendit. Hoc appetitu feruntur *ſenſus in ſenſibilia, & intellectus in intelligibilia. Proprius*, quo res propenſæ ſunt in bonum formaliter, hoc eſt, in bonum ſub ratione boni: hunc habet *Appetitus* tum *ſenſititiuus*, qui *Concupiſcibilem*, & *Iraſcibilem* complectitur, cum *Intellectiuus*, qui *voluntas* dicitur: de quibus etiam *p. 4. monitio 13.* & hi duo appetitus dicuntur naturales, cum naturam ipſam neceſſariò comitentur tum Impr. cum Proprius. Eſt *ſecundus* actus appetendi, quo res cognitionis participes præuia aliqua cognitione ſua in bonū, aut quod bonum eſſe videatur, ferūtur. Cuiuſmodi eſt *amor*, *deſiderium*, ſimileſque animi affectiones, quæ in nobis ex cognitione rerum excitantur. Hi appetitus alij ſunt *naturales*, alij non *naturales*. In triplici genere ſunt *natur*: nam aliqui 1. ſunt neceſſarij tam quoad exercitium, quam quoad ſpecificationem (*de qua diſt. n. 37.*) vt eſt *amor Dei in Beatis*: 2. alij ſunt tantùm neceſſarij quoad exercitium; vt eſt *actus voluntatis circa felicitatem, & miſeriā in communi, bonum, & malum in communi*; licet enim ita feratur voluntas in felicitatem, &

bonum,

bonum, vt illa reijcere non poſſit, & in infelicitatem, ac malum, vt illa complecti nō poſſit, poteſt tamē non elicere actū amoris, & odij circa illa: Ita ſe habet *voluntas quoq; circa viuere, cognoſcere, intelligere, ſcire & circa omnia, quæ nullam imperfectionem vt ſic includūt*, ac dicuntur *Perfectiones* ſimpliciter, adeoq; formaliter Deo attribuuntur. 3. ſunt ij ad quos rei natura ex ſe inclinat: ſic dicimus eſſe naturale homini ſocialiter viuere, recto corpore incedere, deambulare, loqui &c. quæ dicuntur *perfectiones in certo genere*, nec formaliter Deo tribuuntur &c. *Non naturales* ſunt ij, qui nec ſunt vlla ex parte neceſſarij, nec in eos natura rei propenſa eſt, vt eſt amor Franciſci erga Paulum &c. Omnis appetitus importat priuationem rei, quæ appetitur.

12. *Cauſa*, *Conditio*. *Cauſa* eſt id, quod in aliquem effectum verè influit, vt ignis reſpectu calefactionis *ligni*. *Cond*. id a quo nō accipit effectus eſſe per aliquem influxum poſitiuum, licet requiratur ad hoc vt ponatur extra cauſas, vt eſt *approximatio* ignis reſpectu ligni. Duplex eſt conditio. *Neceſſaria* ſimpliciter

v. g.

Digitized by Google

v. g. intellectus proponens obiectum voluntati dicitur eſſe conditio neceſſaria ad hoc vt voluntas poſſit tendere in obiectum ſuum: neq; enim poteſt in incognitum ferri, & eſt potentia cæca. Quod verò ignis producturus calorem in lignum diſtans per palmum, debeat prius in aere, vel in corpore intermedio producere calorem, dicitur ab ijs, qui exiſtimant poſſe dari *actionem in diſtans*, ſiue *quod agens poſſit aliquid producere in remota parte nihil producens in intermedia*, eſſe conditio *Connaturalis*: poteſt enim effectus ſimpliciter eſſe ſine illa.

13 *Compoſitum, ſimplex*. Primo omne illud dicitur *Compoſitum*, quod *habet materiam, & formam ſubſtantialem*, vt ſunt omnia inferiora corpora, comprehenſis etiam elementis in ſententia Ariſtotelis: Cœlum autem a multis dicitur non eſſe in hoc ſenſu *Compoſitum*, ſed *ſimplex*: ſiue *ſubſtantia quadam vnica completa, exigitiua tamen quantitatis, cæterorumq; accidentium materialium*; & per hoc ab Angelo differt. Secundo ſumitur pro *Mixto*, eo ſcilicet corpore, in quo præter materiam, for-

formamque ſubſtantialem ſunt omnia, vel ſaltem ex elementis aliqua, vt eſt equus, leo &c. elementum in hac acceptione eſt *ſimplex Corpus*, non *mixtum*: neque enim *in alia prima corpora reſolubile eſt*. Tertio ſumitur pro *omni eo, quod aliquam habet compoſitionem ex duobus ſaltem distinctis Phyſicè*: quam rationem compoſitionis etiam Angeli, animaque rationalis participant, habet enim actus ſuos, qui ſunt diſtincti ab eorum ſubſtantia, & ſubſiſtentiam, quę in aliquorum ſententia eſt modus, in aliorum eſt entitas ſimpliciter. Deus autem ſolus ſub hac ratione quoque non eſt *Compoſitus*, ſed omninò *ſimplex*.

14. *Diſtinctum a Parte rei Diuiſum, Diſſimile, Differens*. A Parte rei *Diſtinctum* dicitur *illud ens, quod nemine cogitante habet negationem idētitatis cum alio, ita vt verè non ſit illud*, vt ſunt accidentia reſpectu ſubſtantiæ, cui inſunt, & in ſententia etiam Formaliſtarum formalitates (de quibus *mon.* 14.*p.*4.) ſunt diſtinctæ à parte rei: licet autem, vbi videmus aliqua ſeparari inter ſe, intellectus euidenter colligat illa non eſſe eadem inter ſe: *neque enim idē a ſe*

ipſo

ipſo ſeparari poteſt per vllam potentiam, non tamē licet arguere aliqua non eſſe diſtincta, licet nequeant inuicem ſeparari, vt expreſsè fatētur *Formales*; & inter *Reales* etiam illi, qui diſtinctionem potentiarum ab anima admittentes illas ab anima inſeparabiles eſſe etiam per diuinam potentiam putant. *Diuiſum* præter hoc importat, quod vnum *habet negationem vnionis* cum alio, *ita vt vbicumque eſt vnum, non ſit aliud neceſſariò*; ſic ſe habent Petrus, & Paulus inuicem; non autem ſic ſe habet anima Petri reſpectu corporis quod informat: non ſufficit autem quæcumque vnio ad hoc, vt aliquid dicatur non eſſe ab alio *diuiſum*; nam malus dæmon obſidens aliquod corpus habet aliquam vnionem ſaltem localem cum illo, & tamen ab eo diuiſum eſt, quia ſcilicet vnio illa non eſt inter duo quæ ſe habeant, vt materia, & forma; nam dæmon eſt ſubſtantia completa non exigens vnionem cum alia ſubſtantia, quam tamen exigunt materia, & forma ſubſtantialis. Sic Angeli a corporibus, quæ aſſumunt, diſtincti ſunt. *Diſſimile* preter Diuiſionem dicit *diſconuenientiam notabilem*

Digitized by Google

duorũ inter ſe:nã Petrus & Paulus sũt *diuiſi*,nec tamen *Diſſimiles* dicuntur: cũ e contra Petrus, & Canis dicantur *ſimpliciter Diſſimiles*: qui tamen dicũntur etiam *ſimiles ſecundum quid*, & *vnum ſecundum quid* in ratione Animalis; Petrus autem, & Paulus dicuntur *ſimpliciter ſimiles*, & *vnum* in ratione hominis, vnitate tamen fundamentali, ſiue relatione conuenientiæ, quæ intellectui fundamentum tribuit naturam animalis, vel hominis abſtrahendi nõ conceptis differentijs indiuiduantibus. Non sũt autẽ *vnum Canis, et Petrus in ratione animalis*, vel *Petrus, et Paulus in ratione hominis* vnitate formali, vnũ enim formaliter dicit negationẽ diuiſionis: omnis autem ſimilitudo, ſicut & diſſimilitudo in creatis ſaltẽ eſt inter plura realiter diſtincta, ac diuiſa: sũt autẽ tam diuiſi, ac diſtincti inter ſe Petrus & Paulus, quam Petrus, & Canis, licet non adeò diſſimiles. *Differens* eſſentialiter dicitur illud, quod ſub Differentijs Generis diuiſiuis ponitur, vt Petrus & Bucephalus, quę indiuidua ponuntur ſub *Rationali*, & *Irrationali*, quæ ſunt differentiæ *Animal diuidentes*; hoc autem importat quod intel-

intellectus efformauerit hoc *tertium prædicabile*; quare ſi petatur, Petrus & Paulus, vel Petrus & Buceph. an a parte rei differant, vel nõ differant eſſentialiter, reſponderi poteſt *neutrum*, propoſitio enim eſt de *ſubiecto non ſupponente*; nam differre ſiue eſſe differens eſt nomen denominatiuum a Differẽtia, quę ſolum eſt per intellectum, ſicuti & cætera Prædicabilia, quæ dicuntur etiam termini *ſecundæ* Intentionis. Poteſt autẽ concedi differre, vel non differre *fundamẽtaliter*, vt dictũ eſt de vnitate.

15. Diſtinctio per intellectum alia eſt *Rationis Ratiocinantis*, alia *Rationis Ratiocinatæ*: *Prima* eſt, *cum intellectus rem ſimpliciſſimam in plura ſine vllo fundamento diſtinguit* v. g. idem fingendo a ſe ipſo diſtinctum, vt cum dicit Petrus eſt Petrus, format enim aliquam relationem rationis in obiecto eodem; quod autẽ habet aliquid, quod nõ habet aliud, iam ab eo diſtinguitur. *Secunda* eſt, cum intellectus rem ſimpliciſſimam in plures rationes cum fundamento in re diſtinguit; quę diſtinctio ſolet oriri, tum ex perfectione rei, & plenitudine eſſendi per quam res pluribus æquiualet,

tum ex intellectus imperfectione, qui nequit cognoſcere, vel ſaltem non clarè vnico conceptu omnes illas perfectiones, quæ tamen cum ſint vnica entitas, vel realitas vnico conceptu exigerent concipi. Fundamentum tamen quo intellectus duci ſolet ad diſtinguendum, ſolet eſſe vel multiplicitas diuerſorum effectuum, vel ſimilitudo cum alijs.

16. *Denominatio Intrinſeca, & Extrinſeca.* Cum *denominatio* nihil aliud ſit, *quam effectus formalis communicatus a forma rei denominatæ*, *Intrinſeca* erit forma denominans exiſtens in re denominata tanquam in ſuo ſubiecto, dicenſque ordinem ad rem denominatam tanquam ad ſubiectum, cui inhæreat. *Extrinſeca* erit forma denominans prout ordinata, ſeu dicens ordinem ad rem denominatam tanquam ad *obiectum*, quod reſpiciat, ac *terminum* ad quem tendat. Tria ſunt in vtraque denominatione. 1. *forma denominans*, quæ licet ſit enti vni, quod intrinſecè denominat, intrinſeca, eſt tamen alteri, quod *terminus* dicitur, extrinſeca, ac proinde ab vna eademque forma diuerſę denominationes ſunt; eadem enim

cogni-

cognitio denominat intellectum cognoſcentem, & Deum cognitum. 2. *Res denominata*, quæ in intrinſeca *ſubiectum inhæſionis* formæ, in extrinſeca *ſubiectum denominationis* dicitur. 3. *effectus formalis*, quem forma denominans communicat, ſeu formaliter tribuit rei denominatę: quamuis autem paries dicatur cognitus a Paulo iam mortuo, non tamē dicitur *eſſe nunc*, ſed *fuiſſe* cognitus: ſenſus enim eſt cognitio Pauli fuit verſata circa parietem, vel Paries fuit terminus cognitionis Pauli; quod nihil in pariete de præſenti intrinſecum importat relictum a priori cognitione. Hinc patet, cum effectus formalis denominationis habeatur non a ſola forma, licet illa principaliter ſoleat ſe habere, ſubiectum enim partialiter aliquid confert ad denominationem; non eſſe mirum ſi pro diuerſitate ſubiecti diuerſa exiſtat denominatio, & aliquando denominatio innominata conſurgat; vt ſi Deus poneret intellectionē in lapide non reſultaret denom. *Intelligentis*, (intelligens enim eſt quoddam concretum ex tali forma ac ex tali ſubiecto, ſiue intellectu) ſed alia denom. nobis incognita,

 quod

quod eueniret quoq; ſi poneret quantitatem in Angelo.

17. *Diſtributiuè, Collectiuè*. Cum ex pluribus aliqua ſeorſim ſumuntur, *diſtrib.* dicuntur ſumi, ſicuti quoque cum illa plura ſimul quoque ſumuntur, ſed non eodem modo, vt cum dicitur, *materia ſimul cum forma eſt cauſa compoſiti;* dicitur enim ſumi tunc *materia diſtributiuè in toto,* ſicuti ſumitur *diſtr. extra totum*, cum materia ſeorſim omnimodè a forma ſumitur, vt ſi dicerem, *materia eſt cauſa*. Cũ omnia ſimul æquè (*Collect.* ſumuntur, de illis aliquid affirmare poſſumus, quod de ſingulis, imo & de pluribus, & omnibus, dũmodo omnia nõ æquè ſumantur, nequimus. Sic dicimur nos poſſe vitare omnia peccata venialia *diſtr.* nõ *collect.* quia ſcilicet nunquã aſſignare poteris aliquod veniale, quod vitare non potueris, ideoque peccaſti, ſed tamen neceſſe erat, vt aliquod patrares ex illis, non tamen hoc, vel illud determinatè, ſicuti calamus eſt neceſſarius ad ſcribendum, non tamen hic, vel ille determinatè; & neceſſe eſt vt corpus in aliquo exiſtat loco, non tamen hoc, vel illo determinato: eſt enim

enim peculiaris difficultas in tota collectione, vel ratio in aliquo indeterminatè, quę non reperitur in ſingulis determinatè: ideoque a *Diſtributiuo* ad *Collectiuum* non valet perſæpè argumentari; quando autem liceat, eruditè tradit *Caſilius lib.1.Inſt.Dial.tr.2.c.3.* In quæſtionibus *de Infinito* Phyſicis ſolet hæc adhiberi diſtinctio, & in quæſtione, *An totum* diſtinguatur a partibus; ſolet enim dici ſingulas partes *diſtributiuè* acceptas in *toto* eſſe cauſas compoſiti: *collectiuè* verò acceptas eſſe iam ipſum totum.

18. *Entis* nomen, quod 1.*ex Phyſ.t.*15.& 16. ſignificat id quod eſt, ſumitur 1. pro veritate propoſitionũ, ſiue hæ ſint affirmatiuæ, ſiue negatiuæ, vt 5.*meta.c.7.* 2. pro eo quod eſt ſuum eſſe, & independens a quolibet alio: & in hoc ſenſu ſolus Deus eſt ens. 3. pro eo quod recipit eſſe ab alio: in hoc ſenſu dicitur, Deus nõ eſſe ens, vel eſſe ſupra ſupra ens. 4. Pro ente reali; in hoc ſenſu ens rationis non eſt ens. 5. pro ente reali ſimpliciter, & in hoc ſenſu *modi* non ſunt entia, nam alioqui ſunt entia, cum & ex illis videantur conſtitui aliqua præ-

dicamenta, & exiſtunt in ſubiecto tāquam aliquid poſitiuum determinantia illud, vel ſunt rationes formales, quibus alia fiūt, vt eſt *Actio*. 6. pro ente reali ſimpliciter, ac modali, non verò pro formali, licet enim formalitas ſit realitas, non tamen eſt entitas ex dictis p. 4. mon. 14. 7. pro ēte ſiue modali, ſiue reali ſimpliciter, imò & formali prout ſignificat aliquid ab intellectu independens, non verò priuatiuo, vel negatiuo; & ſub hac acceptione dicitur eſſe facta entis diuiſio in 10. *Prædicamenta*. 8. pro ente comprehendente etiam priuationes, ac negationes; cum enim hę dentur ſæpè a parte rei, hoc debet aliquo ſignificari nomine: non eſt autem aliud præter ens; ſic enim *diuiditur ens in poſitiuum, priuatiuum, ac negatiuum*. 9. pro eo quod habet eſſe in ſe, & non in alio, ſiue pro ſubſtantia, vt 7. *meta. t.* 4. 10. pro eo tantùm quod eſt & actu exiſtit, ita vt quicquid non exiſtit actu ens dici nequeat. Ita *Sotus, Caietanus* cum *Auicenna, &c.* 11. pro ente, quod eſt in potentia, dummodo exiſtere poſſit; ſic dicitur Antichriſtus eſt ens reale 12. pro eſſentia, & prędicatis quidditatiuis,

nis, ita vt quodcumque habere poteſt eſſentiã participet rationem aliquam entis: & in hoc ſenſu entis nomen *nominaliter*, & magis Philoſophicè ſumitur, ſicuti cum ſumitur ad ſignificandum id quod actu exiſtit, dicitur ſumi *verbaliter*, & Grammaticaliter.

19. *Eſſentia*, & *Exiſtentia*. nomen *eſſentiæ* deriuatum eſt a nomine *entis*, *exiſtentiæ* ab exiſtere: *exiſtentia* eſt id per quod res formaliter eſt extra cauſas, in quibus erat in potentia ſiue proxima ſiue remota, vel quæ poterãt eã pducere. Hęc ab aliquibus dicitur *prima actualitas*, cuiuique enim rei eſt primus actus & qui præſupponitur ad alios actus a quibus res poteſt actuari: ab aliis dicitur *vltima actualitas* in ordine ad potentiam logicam & obiectiuam, res enim poſſibilis per exiſtentiam ad vltimũ reducitur actum. *Eſſentia* ſunt ipſamet prædicata quidditatiua, per quę res conſtituitur in certo genere, & diſtinguitur a cæteris: ſolet autem hęc preterea dici 1. *Subſtantia* 5. *meta.t.*15. & 7.*t.*7. vt ſignificetur id per quod intimè res conſtituitur, & ſecernatur ab his quę accidentaliter comitantur rem: & in hoc ſenſu no-

ſu nomen *ſubſtantiæ* accomodatur etiam accidentibus; ſic dicitur, *talis eſt ſubſtantia quantitatis, relationis* &c. 2. *natura* prout ſignificat hoc nomen eſſentiam rei habentem ordinem ad aliquam operationem, ſiue recipiendam ſiue producendam: ſic enim non forma tantũ ſubſtantialis, verum etiam materia prima Phyſica dicitur 2. *Phyſicorum* natura. 3. *Ratio*: tum quia eſſentia eſt cauſa ſiue ratio formalis per quam res intrinſecè conſtituitur, tum quia ſolemus reddere pro ratione talium effectuum talem eſſentiam, vt dictum eſt *part*. 4. 7. *mon*. 4, *quidditas*, & *quodquid erat eſſe rei*, & *quod eſt rei*, quia per totam eſſentiam, vel eius partes reſpondemus Interroganti, quid eſt hęc res &c.

20 *Eſſentialiter*, & *Accidentaliter*. vox *Prima* vſurpatur ad ſignificandum id quod conuenit rei, vel vt tota definitio, vel vt pars definitionis. *Secunda* præſertim pro 5 prędicabili: Additur *præſertim*, nam Proprium dicitur aliquando conuenire *eſſentialiter*, ideſt, proprium ita eſt iuxta naturam rei, vt ſi hęc illo careat, non habeat connaturalia requiſita ad ſuam perfectionem, imò neque poteſt ita

illud

ab ea tolli, quin ſemper a re exigatur; aliquādo dicitur *Proprium non conuenire eſſentialiter, ſed Accidentaliter*; ſēſus enim eſt nō eſſe de intrinſeca rei definitione, vel intrinſeco conceptu. Quodcumque autem eſt de intrinſeca definitione &c dicitur eſſentialiter conuenire: & hinc *Album*, imò & *Cognitum* dicuntur componi eſſentialiter ex ſubiecto, & tali forma, quia licet albedo & cognitio ſint accidētales ſubiecto, illorum tamen concretorum vt ſic, & reduplicatiue ſunt partes eſſentiales.

21. *Ens rationis*, & *Ens reale*. Sumitur 5. modis *ens rationis*. 1. pro omni eo, quod fit ab intellectu, licet ſit ens reale ſiue non aliquid fictum, vt ſunt ipſæmet intellectus operationes, quæ ſunt effectiuè ab intellectu. 2. pro eo quod cum non ſit aliquid fictum recipitur tamen in intellectu, diciturque eſſe in eodem ſubiectiuè, vt ſunt ſpecies intelligibiles, habitus intellectuales &c. 3. peculiariter pro ſpeciebus, quæ concurrunt ad productionem entis rationis proprij, & pro intellectu ipſo illud efformante, dicitur enim *intellectus fieri omnia* repræſentatiuè ſcilicet, & obiectiuè; quatenus

& ſpe-

& ſpecies videntur eſſe imagines eorum circa quæ verſatur intellectus, & quatenus hic in omnia tendit per ſuos actus, qui dũ exprimunt obiecta, eorumq; prædicata dicuntur ſimiles obiectis, intentionaliter tamen. 4. pro denominationibus extrinſecis, vt *cognitum*, *prædicatum*, *ſubiectum* &c. quæ ſunt denominationes rationis, ſiue intellectus, qui *ratio* vocatur; & hæ dicuntur entia rationis logica, non quia ſint propriè entia rationis, ſed quia pertinet eorum conſideratio ad logicam; ſunt tamen fundamentum entis rationis proprij; Quod 5. dicitur illud quod eſt in intellectu obiectiuè tantùm, ſiue quod nullam omninò includit realitatem in ſe, ſed tamen eſt obiectum, ac terminus cognitionis; cuius cauſa eſt intellectus etiam Diuinus iuxta multos, qui putant eſſe perfectionem ſimpliciter illud efformare. Hinc omne illud quod poteſt per quamcumque potentiam poni realiter, vel iam poſitum fuit realiter, licet denuò poni nequeat, excluditur ab ente rationis, quod eſt aliquid omninò enti reali oppoſitum.

Eſſe-

22. *Effectiuè, Subiectiuè, Inhæſiuè, Obiectiuè.* *Prima* vox ſignificat id quod eſt ab alio tanquã a cauſa efficiente, vt calor ab igne, actus intellectiui ab intellectu. *Secunda* id quod in alio recipitur, ſiue ſit accidens, ſiue ſubſtantia, ſiue ſit ſpirituale, ſiue materiale; ſic dicitur forma equi, & hominis quoque in materia eſſe tanquam in ſubiecto. *Tertia* propria eſt accidentium omnium, quæ dicuntur inhærere alteri. *Quarta*, hoc eſt, eſſe obiectiuè in alio ſignificat id, quod ab aliquo cognoſcitur, vel appetitur: ſic paries viſus dicitur eſſe in oculo, res cognita in intellectu, res volita in voluntate; imò cum intellectus poſſit ſe ipſum cognoſcere, & voluntas ſe ipſam amare, hæc ipſa dicentur eſſe in ſe ipſis obiectiuè, tanquam in cognoſcente, & appetente. *Dupliciter* poteſt aliquid obijci alteri, vel tanquam aliquid reale, vel tanquam aliquid fictum. *Tanquam aliquid reale*, ſiue hoc ſit nemine cogitante, vt cum cognoſco parietem, ſiue hoc ſit per intellectum, vt cum cognoſco animal prout eſt genus. *Tanquam aliquid* fictum dupliciter, vel quia illud fictum, ſiue implicans fiat ab ipſa po-

tentia

tentia, quæ circa illud verſatur ita vt verè hæc tribuat illi eſſe intrinſecum apparens; vel quia licet tendat in illud obiectum, non tamen illud facit, ſed ſupponit illud factum ab alia potentia. Hinc dicitur ens rationis ab intellectu factum eſſe obiectiuè in voluntate, ſicut & ens rationis a nobis factum in mēte Dei, per denominationem tamen ſolum extrinſecā ab actu appetitiuo, & intellectiuo, qui ſunt reales, ideoq; per hos actus vt ſic non fit *ens rationis*.

23. *Formaliter*, & *Realiter*, ſiue ex *natura rei*: Formaliter a *parte rei*, & per *intellectum*: Realiter, ſiue ex nat. Rei, *ſimpliciter* & *ſecundum quid*, vel *modaliter*. Harum ſignificationem vide *p.4.mon.*14. ex quibus inferes ad diſtinctionem modalē tria requirere auctores. 1. *vt modus faciat veram & realem compoſitionem; & ſi de nouo adueniat, ſecum trahat veram, ac realem mutationem*. 2. *vt non poſſit exiſtere ſine re modificata, licet hæc ſine modo ſaltem determinato poſſit*. 3. *vt tribuat rei quā modificat ſuum effectum formalem ita vt non poſſit exiſtere, quin in actu ſecundo rem modificet*.

For-

24. *Formaliter*, ac *Denominatiuè*. Petrus iraſcitur denominatiuè, anima vel eius potẽtia *formaliter*, quia ipſa eſt quæ elicit actus irę; homo autẽ iraſcitur *donominatiuè*, quia actiones, & per conſequens denominationes principaliter tribuuntur ſuppoſito, ſiue toti, vt multi colliguntex 1. de *Anima t.64*. Cuius ratio eſſe poteſt, quia *actiones ſunt principaliter propter bonum ipſius totius*, ſicuti & partes ſunt propter ipſum totum. Hinc dicitur quoque Homo eſt *Principium totale quod* iraſcens, anima eſt *principium formale ſubſtantiale* ſiue *principium remotum Quo* iræ, potentia verò iraſcibilis eſt *principium Quo formale accidentale*, ſiue *principium quo proximum iræ*. Quod idem dicito de actibus ſpiritualibus ipſius animę, licet repugnet *Vaſq.tom.1.in 3.p.d.21.c.3.* concedens animam eſſe quidem *Principium vt quo* ad eos qui ſunt corpori communes, vt iraſci, timere, ædificare, ac texere &c. eſſe verò *Principium vt quod* ad actiones merè ſpirituales: ſed tamen cum quęſtio ſit de nomine *(qui enim dicunt animam ſolum intelligere vt quo, non negant ipſam eſſe quæ eliciat intellectiones per ſuas*

ſaltem

ſaltem potentias, ſed ſignificare volunt, ſicuti ipſa eſt propter totum quod dicitur homo, ita homini conuenire principaliter intelligere) melius eſt commune Axioma admittere: non eſt autem neceſſe admittere diſtinctionem realem inter Principium vt *Quod*, & vt *Quo* remotum, vt patet in Angelo.

25. *Formaliter*, & *Concomitanter*. Dicit *Rationale* formaliter & ex ſua primaria ſignificatione, primarioque conceptu principium diſcurſus, *concomitanter* verò *animal* ſiue principium ſenſationis, accidit enim principio diſcurſus vt ſit quoq; ſenſationis principium, & non poteſt intelligi illud quin aliquo modo iſtud quoq; intelligatur. Sic dicuntur ab aliquibus *differentiæ* entis eſſe concomitanter entia, non verò formaliter, ideoque non tolli *vniuocationem ab ente*. Sic dicitur à *Vaſq.* vbi *ſupra num.* 29. ſubſiſtētia cum non requiratur ex parte principij ad operandum, neque ſequatur vllo modo ipſam operationem, in genere, & ordine cauſalitatis ſe habere cōcomitāter ad ipſam operationem: & vniuerſaliter, *omnia quæ non* habent *inter ſe ordinem prioris, vel*

vel poſterioris cauſalitate dicuntur in ordine ad illud, cui ſunt annexa, habere ſe cōcomitanter. Hāc diſtinctionem aliqui confundunt cum ea, *Per ſe, & Per Accidens.*

26. *Formaliter*, & *Cauſaliter*. Angeli *intelligentiæ* dicuntur, ſicut & anima rationalis *intellectus*, *Cauſaliter tamen*, quatenus ſunt potentiæ intellectiuæ ab eorum ſubſtantia diſtinctæ cauſa. Ignis etiam eſt *calor cauſaliter*, eſt enim calor aliquid diſtinctum & diuerſum ab entitate ignis, qui tamen dicitur *formaliter* calidus, ideſt per formam caloris, ſibi intrinſecè inhærētem: Ignis autem dicitur *formaliter* ſubſtantia, quia ex ſe ipſo habet, & non per aliquid additum, vt ſit talis. *Calor autem non eſt formaliter calidus*, quia nomen calidi eſt concretum phyſicum, & verificatur ſolùm de ſubiecto phyſico, calor autem non eſt huiuſmodi. Poteſt autem dici *Calor eſt calidus vt quo.*

27. *Formaliter*, & *Efficienter*. Id dicitur formaliter tale, vel quod per ſuum conceptum eſt tale, vt materia prima in communiori ſententia eſt formaliter potentia paſſiua, & formá

actus informans, eſt enim hæc horum eſſentia, ſicuti etiam quæcumquæ potentiæ ſunt formaliter relationes traſcendentales ad obiecta; vel quod per ſuam entitatem alteri communicatam reddit illud tale: ſiç dicitur, calor facit lignum formaliter calidum, calor enim ſe ipsũ tribuẽdo ligno reddit illud formaliter calidum. Sic dicitur ignis eſt formaliter calefactiuus, & calor formaliter eſt calor. Ignis autem, & calor in eo exiſtens dicitur *efficienter calidus*, quatenus producunt calorem in ligno, qui eſt entitas diſtincta tum ab igne, tum a calore in igne exiſtente.

28. *Formaliter*, & *Radicaliter*, ſeu *Fundamentaliter*. Ignis ſubſtantia dicitur ſe ipſa *Radic.* & *Fund.* calida, non verò formaliter, nam hoc habet a calore, quæ eſt qualitas illi intrinſicè ſuperaddita: quare ſi Deus oẽm calorẽ ab ignis ſubſtãtia tolleret, adhuc eſſet *radic.* calida, ſicuti ſi Deus tolleret paternitatem a *Petro* habẽte iam filium, vel nollet concurrere ad productionem illius formę relatiuæ, quę dicitur Paternitas, dum Petrus Paulum generat, adhuc Petrus diceretur *Fundamental.* ac *Radic.* Pater.

Vox *Radicaliter*, ac *Fund.* ſolet frequentius vſurpari ad ſignificandas proprietates ſubiectis connaturales, neq; enim dicitur *Homo eſt radicaliter albus*, cum tamen dicatur, Homo eſt *Radicaliter riſibilis;* importat enim peculiarem quamdam inter ſubiectum, & formam connexionem. Hinc dicitur *Materia Potentia Radic.* quia eſt radix potentiarum, quibus formas recipit. Additur quoque voci *Rad.* & *Fund.Proximè*, & *Remotè*, *in actu primo Proximo*, & *Remoto.* v. g. paries *A.* albus antequam dealbetur paries *B.* eſt ſolũ ſimilis illi *remotè: ſũ illo dealbato*, fit illi *proximè fundam.* ſimilis, ad hãc enim denominationem requirebatur terminus: habet verò eſſe *formaliter illi ſimilem* a relatione ſimilitudinis producta tunc de nouo. Sic quoque 2. de *An. t.* 54. & 55. dicitur ſciẽs *radicaliter remotè*, ſiuè in *potentia* remota, qui caret, & actu & habitu ſciẽtiæ, vt puer; *radical. prox.* qui habet habitum, licet actu cariat.

29. *Formaliter*, & *Identicè*. Animalitas eſt rationalitas *idẽticè*, *vel in sẽſu idẽtico*, quia ſunt idem, cum a parte rei nulla detur inter ea diſtinctio, ideoque vera hæc prop. ſit: non dici-

tur autem vera in *ſentu Formali*, ſeu *Formaliter*, quia aliud ſignificamus per vnam vocem, aliud per aliam; vel ſaltem diuerſo modo, vt cum dico, Homo eſt animal rationale: hæc enim propoſit. eſt formalis, & non idemtica], qualis eſt hæc, Petrus eſt Petrus; quæ licet ſit veriſſima, non tamen eſt vtilis ad ſcientiam. Eſt hęc diſt. ſimilis illi *For. & mat.*

30. *Formaliter*, & *Aequiualenter*. Illud dicitur æquiualere alteri, vel quod in morali æſtimatione tanti æſtimatur ac aliud; vt pecunia eſt *æquiualenter* cibus, veſtis, &c. non verò *formaliter*, quia non eſt idem ac cibus &c. vel quod producere poteſt illud, quod poteſt producere aliud, licet virtutem diſſimilem habeat, vt intelligentia vel cælum ſe habent in productione eorum quæ generantur ex putri, habent enim virtutem productiuam diſſimilem illi, quam habet rana v. g. producens aliam ranã: vel quod vnicum continet in ſe plures perfectiones], ſiue hæ ſint diſtinctę a parte rei, ſiue non, quæ reperiuntur in alijs diuiſæ. Sic dicitur Homo qui eſt ſimul pręſtans Rhetor, Philoſophus, Theologus, &c. æquiualere vnicus

multis

multis, quorum vnus ſingillatim eſſet ſolum Rhetor,alius Phil.&c. & vnus homo robuſtus dicitur æquiualere pluribus infirmarum viriũ.

31. *Formaliter,Virtualiter,* & *Eminenter.* Solent *primò* hæ voces adhiberi ad ſignificandam cauſarum naturam in ordine ad effectus:cum enim cauſa poteſt *producere effectum* ſibi *ſimilem* dicitur illum continere *formaliter*, vt ignis reſpectu alterius ignis,& ſolet dici *cauſa vniuoca:* ſi *diſſimilem*, vt ignis reſpectu caloris, dicitur continere illum *virtualiter*; diciturque *Cauſa Aequiuoca* abſolutè: ſi verò contineat effectum diſſimilem le imperfectiorem, vt ſe habet Sol reſpectu caloris, & Deus reſp. creaturarum, dicitur continere illum *eminenter*,& hæc cauſa ſolet dici *eminentialis*. Solēt *Secundò* adhiberi ad ſignificandam effectuum naturã, vt *Habitus Practicus eſt formaliter directiuus praxis*, per ſuam enim entitatem eſt talis: *habitus* verò *vnicus* qui *ſimul eßet practicus, & ſpeculatiuus* a *Caiet.* diciturieſſe *eminenter*,a *Vaſq.* 1.p. d. 5.c. 3. *formaliter* pract. & ſpec. ſed videtur quæſtio de nomine; nam ſi ſenſus ſit, quod ille habitus ſit verè principium cognitionis pra-

 ctice,

cticæ, & ſpeculatiuæ, benè ſentit *Vaſquez*, & hoc non videtur *Caietanus* negare; ſi verò ſenſus ſit, quod eodem prorſus modo hic habitus eliciat hos actus, ac ſi eſſet diſtinctus habitus ad vtroſque, malè ſentit, nam eſt vnica habitus entitas, a quo diuerſi actus oriuntur; & ita docuit *Caiet.* habitũ Theologiæ *altiori quadam ratione*, ſiue *eminenter* vtroſq. continere actus. Idem dic de *actu ſimul practico*, & *ſpeculatiuo*, *ſimul opinatiuo*, & *ſcientifico*, de *qualitate* quæ *ſimul eſſet calor* v.g. & *frigus* &c. Sic conciliantur hi, qui dicunt animam rationalem eſſe formaliter ſenſitiuam, ac vegetatiuam, cum alij dicant eſſe ſolùm virtualiter, vel eminenter. Videtur tamen communior nunc modus loquendi à Vaſq. allatus, *Habitus ille vnicus eſt pract.* & *ſpecul. form.* & *anima Rat.* eſt *formaliter veg.* ac *ſentit.* cum dicatur etiam *Deus eſt formaliter iuſtus, ſapiens* &c. licet hæc reperiãtur in creaturis diſtincta, dicitur .n. in ſe continere formaliter omnes perfectiones creaturarum ſimplices, & Beati in eo dicuntur videre creaturas formaliter; non ſolum enim Deus poteſt leonẽ producere v.g. verum etiã

habet

habet in ſe perfectiones leonis, quæ non ſunt imperfectionibus admixtæ. Angelus verò ab aliquibus dicitur non *poſſe dici continere eminẽter hominem*, quia nequit illum producere, ſicuti neque Deus continet eminenter peccatum, quia nequit illud patrare, ſed ſolum permittere ita quoque vt ſit prædeſtinationis effectus. Vox *Virtualiter* confunditur ſæpè cum illis, *Aequiualenter, Cauſaliter*, & *Materialiter*.

32 *Formaliter*, & *Materialiter*. Vox *material.* vſurpatur, cum volumus ſignificare prædicatum aliquod conuenire alicui ratione ſubiecti, vel illius, quod ſe habet per modum ſubiecti v. g. *album eſt dulce materialiter*; ſenſus enim eſt, id quod eſt dulce, ſiue materia quæ eſt alba eſt etiam dulcis, ſiue ſubiectum quod habet ſibi annexam albedinem habet etiã annexam dulcedinem, neque enim ſubiectum album eſt dulce ratione albedinis. Vox *form.* adhibetur ad ſignificandum prædicatum conuenire ſubiecto ratione formæ, ſeu quod ſe habet inſtar formæ, vt *album* formaliter *eſt diſgregatiuum viſus*; diſgregare enim viſum conuenit ſubiecto ratione albedinis: & hæc propoſitio

 eſt

eſt vera, ſicuti illa falſa, *Album formaliter eſt dulce*, non enim albedo eſt ratio propter quam ſubiectum eſt dulce. Hæ voces etiam adhibẽtur in conceptibus metaphyſicis, quorum alter comparari poſſit ad alterum tanquam perfectibile ad perfectiuum; ſic homo dicitur cõſtitui *materialiter* per Animalitatem, *formaliter* per *rationalitatem*. Dicitur præterea *Animal materialiter eſt Rationale*, & *e contra; non verò formaliter*, licet enim in homine illud quod eſt animal ſit quoque rationale, & e contra, non tamen per eamdem formam per quam aliquid conſtituitur *animal*, conſtituitur *rationale*.

33. *Formaliter*, & *Arguitiuè*, ſiue *Præſuppoſitiuè*. A multis dicitur potentia progreſſiua vitalis *arguitiuè*, quia licet in ſe non ſit vitalis, actus tamem eius presupponunt actus vitales, nam antequam homo moueatur, præcedere ſolet 1. actus intellectus vt eam dirigentis, dum oſtendit aliquod bonum eſſe amplectendum, vel aliquod malum fugiendum 2. actus appetitus ſenſitiui, vel rationalis, vt potentiæ imperantis. 3. æſtimatiuæ, ſiue cogitatiuæ actus, qui ſunt ſe ipſis formaliter vitales, ſicuti & po-

ten-

tentiæ. Sic intellectus vbicumque cognoſcit eſſe proprietates connaturales alicui rei, ibi eā quoq. rem eſſe *arguitiuè cognoſcit*, non *formaliter*, deducit enim hoc ex illo, non ſecus ac colligit ibi eſſe vinum vendibile, vbi videt hederam appenſam.

34. *Formaliter, & Terminatiuè*. Dicitur oculus eſſe *multiplex terminatiuè*, dum reſpicit plura obiecta, licet in ſe ſit vnus *formaliter*; eſſe albus, niger &c. *terminatiuè*, licet in ſe ſit omnis expers coloris. Sic viſio Beatorum dicitur infinita *term.* quia Deus qui eſt obiectum eius, in ſe eſt infinitus: dicitur quoque *relatio Paternitatis eſſe term.* in Paulo genito formaliter in Petro generante, eſt enim Pa. illius rel. *terminus*, Petrus verò ſubiectum, ſiue fundamentū.

35. *Formaliter, expreſsè, clarè, explicitè, & diſtinctè*; cui opponitur *Confusè, indiſtinctè, obſcurè, Implicitè*, & *Tacitè*. Hi termini vſurpantur vel *cum vocibus rem aliquam clarè non ſignificantibus vtimur*, licet *ea aliquo modo his indicetur*; vel *cum intellectus tendit per cognitionem in aliquam rem ita vt neſciat reddere rationem de perfectionibus illius rei, ſeu contentis in illa re*, vt cum cogno-

gnoſcit plantam neſciens eius proprietates. Illi termini vſurpantur, vel cum *voces profe-rimus indicatiuas rei*, vel *cum intellectus cogno-ſcit prædicata rei*: ſi autem *cognoſcit eiuſdem rei vnum prædicatum, & aliud non cognoſcat*, vnius dicitur habere cognitionem *confuſam*, alterius *claram*. Hinc dicitur cognitio *definitiua* eſſe *clara* obiecti cognitio, *definiti* verò cognitio *eſſe obſcura*. Sufficit autem ad prædicationem rectam, vt licet cognitio verſetur circa idem obiectum, hoc tamen in prædicato, & ſubiecto repręſentetur diuerſo modo, *clarè* & *obſcurè* &c.

36. *Futurum Abſolutè*, & *Futurum ſub conditione*. Significat *prima* vox illud quidē, quod de facto non eſt, *ſed tamen erit in aliqua temporis differentia*: *ſecunda* id quod de facto non eſt, nec erit, ſed *tamen eſſet*, ſi *talis poneretur conditio*. pr. *futuri* dicitur habere Deus ſcientiam *Viſionis*, ſecun. ſcientiam *Conditionatam*, ſeu *mediam*, Deus enim nouit, ſi Petrus iuiſſet Neapolim, an locutus fuiſſet cum Prorege, & de his futuris datur nunc determinata veritas, vt explicatur ad libros de *Interpretatione*. Datur

in Deo

in Deo alia ſcientia, quæ dicitur *Simplicis intelligentiæ*, qua poſſibilia cognoſcit.

37. *Neceſſitas quoad exercitium, & quoad ſpecificationem.* Adhibetur *Prima* vox ad explicandam *neceſſitatem, quam habet potentia ad eliciendum aliquem actum*, poſito enim colore in debita diſtantia non poteſt oculus debitè diſpoſitus non elicere actum viſionis circa illum. *Secunda* adhibetur ad ſignificandam *neceſſitatem ſolam*; quam *habet potentia ad eliciendum actum talis ſpeciei, ſi velit actum elicere* v.g. poſitis præmiſſis affirmatiuis tenetur intellectus elicere concluſionem affirmatiuam ſi concludere velit; non tamen tenetur elicere concluſionem, vel elicere concluſionem potiùs in Barbara, quam in Baralipton.

38. *Neceſſarium ſimpliciter, & Secundum Quid.* Tripliciter vſurpatur *neceſ. ſimpl.* 1. prout opponitur *illi contingenti*, *quod eſt dependens ab alio*, & in hoc ſenſu ſolus *Deus* dicitur *ens neceſſarium*, *Creaturæ omnes dicuntur contingentes*. 2. prout opponitur illi *contingenti* quod *requirit actualẽ exiſtentiã ad hoc vt aliquid de eo affirmari poſſit*, & in hoc ſenſu dicuntur aliquæ propo-

ſitio-

ſitiones *contingentes*, vt *Petrus, vel homo eſt albus*, aliæ *neceſſariæ* de quibus 3. n. 3. prout opponitur *neceſſario ſecundum quid*, & ſignificat id, ſine quo ſimpliciter finis obtineri non poteſt, vt alimentum eſt neceſſarium ſimpliciter ad vitam. *Neceſſ. ſecundum quid* eſt id, *ſine quo quidem finis ſimpliciter obtineri poteſt*, ſed *tamen eſt valdè vtile*, & *commodum* ad eum *conſequendum*: ſic panis dicitur neceſſarius ad vitam cōſeruandam, & equus ad longum iter conficiēdum. Illud verò quod eſt quidem commodū, ſed non valdè, communiter non ſolet appellari *neceſſarium*, vt bellaria reſpectu conſeruationis vitæ.

39. *Neceſſitas Antecedens*, & *Conſequens*. Dicuntur habere *primam* neceſſariæ cauſæ, *quæ poſitis ad agendum requiſitis non poſſunt non agere*, & talem non ſolum ſpecie, verum etiam numero effectum coguntur iuxta multos producere: Sunt enim ex natura ſua determinatæ ad hoc &c. Dicuntur *Secundam* habere *cauſæ liberæ* Petrus enim dum ambulat; non poteſt non ambulare, & neceſſitatur ad ambulandum, ſed neceſſitate conſequenti ex poſitio-

tione, ambulationis ſcilicet quam potuit tamen non ponere: & hæc neceſſitas non tollit libertatem. Sic dicor neceſſariò cælum aditurus, ſi Deus hoc cognouerit, vel hoc reuelauerit, ſed tamen neceſſitate cōſequenti, ideo enim Deus hoc cognouit, quia vidit me in gratia perſeueraturū. Quomodo autē id videat Deus, & in quo, ſtatuere ad Theolog. ſpectat. *Prima* dicitur quoque *neceſſitas ſimpliciter*, & in *ſenſu diuiſo* ſeu præſcindente ab actu ſecundo: ſecunda *N. ſecundum quid* & *in ſenſu compoſito*, inuoluit enim actum ſecundū, antequam enim eliciat Petrus actum ambulationis poteſt illum ponere, & non ponere.

40. *Neceſſitas Phyſ. & moralis.* Tunc dicitur cauſa hēre *neceſſ.* Phyſ. cū vere aliquid non poteſt non efficere, vt ignis ligno approximatus non poteſt non illud calefacere; omnis enim cauſa quæ non ſit libera, poſitis debitis conditionibus non poteſt cohibere concurſū ſuum quo minus agat. *Moralem neceſſ.* dicitur habere cauſa, cum entitate cauſæ ſpectata, & ſimul ſpectatis ijs quæ ex parte cauſæ ponuntur poteſt quidem illa non producere effectū,

ſed tamen illud de facto producet, vt homo dū eſt in terris neceſſitatus eſt moraliter ad aliquod veniale peccatum patrandum, quia licet ſingula pecc. venialia euitare poſſit, non tamen ſingula de facto euitabit, ſicuti qui talos millies iacit, poteſt ſemper eumdem numerū exhibere, non tamen exhibebit.

141. *Libertas phyſica & moralis:* illam dicitur habere creatura intellectiua, quando *poteſt ponere, & non ponere aliquem actum* v.g. Petrus eſt phyſicè liber ad amandum Deum, & eum non amandum; qua libertate carent Beati, eo quod illis proponatur Deus vt ſummum bonum ſine vlla admixtione mali. *Moralem* libertatem dicitur habere tunc res, cum ſcilicet habet *potentiam phyſicam ad vtrūlibet, ſed tamen ſpectatis omnibus circumſtātijs* ex parte cauſę, vel ex parte obiecti non poteſt non amplecti vnam determinatam partem. Sic Theologi docent Chriſtum non potuiſſe peccare, imò (iuxta aliquos) non potuiſſe actus minus perfectos omiſſis perfectioribus elicere, & tamen in his omnibus meritus eſt Chriſtus: Habuit ergo aliquam libertatem, non phyſicam, ergo moralem.

lem. Hæ voces maximè vſui eſſe ſolent *initio librorum* de Cælo, cum quæritur, An *Deus potuerit omittere mundi creationem:* quod videtur Ariſtoteles negaſſe. Has tamen libertatis ſpecies non videtur ille agnouiſſe: Equidem multa Theologos noſtros ſupra Ariſtotelem, alióſq; *Phil. Morales* adinueniſſe, magiſque moralem Philoſophiam ijſdem illuſtraſſe teſtatur Vaſq. in 1. p. q. 1. art. 4. c. 5

42. *Libertas Contradictionis, & Contrarietatis* Hæc eſt ad *actus contrarios* v. g. ad amorem & odium, ita vt creatura poſſit alterum ex illis elicere. Illa, vel *eſt ad actum, et eius negationem* v. g. ad amandum, & non amandum, quæ ſunt obiecta contradictoria: vel ad *actus de obiectis contradictorijs*, iuxta enim aliquos hæc *non eſt immediatè* ad extrema contradictoria, ſed ad volendum extrema contradictionis.

43. *Potentia ſimultatis, Simultas potentiæ.* Qui habet potentiam ad duos actus elciendos eodem tempore, vt homo, qui poteſt ſimul loqui, & ambulare, dicitur habere *potentiam Simultatis ad eos actus*, Qui verò habet potentiam quidem ad duos actus, ſed tamen vnum ex illis

nequit

nequit elicere dum elicit alium, dicitur habe-re *ſimultatem potentiæ*: qui enim ſedet habet ſimultatem potentiæ ad curſum, non enim ex eo quod ſedeat, amiſit potentiam ad currendum, non poteſt tamen coniungere ſimul cum ſeſſione curſum.

44. *Poſitiuè* & *Negatiuè*. Res dicitur *Poſitiuè* talis, quando verè habet formam in ſe, a qua talis denominetur, vt paries dicitur *poſitiuè albus*, cum vere illi albedo inhæret: *negatiuè* verò talis, cum non habet ſaltem formam oppoſitam, a qua talis dicatur, vt paries dicitur *Negatiuè albus*, cum nec albedinem, nec nigredinem habet. Præterea aliqua res dicitur *poſitiuè imperfecta*, cum verè caret perfectione ſibi debita, vt homo carens brachio &c. vel homo indoctus; *Negatiuè* verò, cum non habet quidem perfectiones, quas alia res habet, ſed eo quod hæ illi non debeantur; & in hoc ſenſu Angelus poteſt dici Imperfectus, neque enim habet, vel habere poteſt virtutem caſtitatis: quæ tamen negatiua imperfectio eſt perfectio ſæpè potius, Deus enim quoque, quod eſt ens perfectiſſimum, eſt incapax virtutis

caſti-

caſtitatis, aliarumque ſimilium, *quæ ſolùm per ordinem ad tale ſubiectum Perfectiones dicuntur*. Hinc quoque homo non dicitur propriè Imperfectus eo quod elicere actus intellectiuos a phantaſmate independentes nequeat communiter ſaltem, neque enim hoc iuxta naturam hominis eſt.

45. *Præciſiuè*, & *Poſitiuè* Se habet intellectus *Præciſiuè* dum *concipit vnum non concipiendo alterum*, vt dùm concipit rationale non cōcipiendo Animal; diciturque ille actus *ſimplex abſtractio*, ſiue conſideratio vnius ſine alio. *Poſitiuè* autem abſtrahere dicitur intellectus, dū ſimul concipit vnum obiectum, & negationē alterius, vt dum concipit rationale tanquam ab animali diſtinctum ſiue concipiendo etiam negationem animalis; diciturque hic actus *Abſtractio Compoſita*, eo quod fiat per ſecundam operationem. Hinc dicitur natura v. g. hominis in abſtractione eſſe ſine differentijs indiuiduantibus *Præciſiuè*, ideſt in abſtractione non concipi differentias indiuiduantes, nō verò *Poſitiuè*, ideſt earum negationem poſitiuè non concipi: quare neque eſt diuiſa, neque eſt

nō diuiſa, *in conceptibus enim præciſiuis ſaltem po teſt dari medium reſpectu earum propoſitionum, quarum altera ſit affirmatiua ſimpliciter, altera verò affirmatiua infinitata; hæ enim non ſunt contradictoriæ*, ſicuti neque hæ, Myſterium Trinitatis vel lumine naturę cognoſcitur vt poſſibile, vel cognoſcitur vt nō poſſibile; ſunt enim ambæ affirmatiuę, quare neutra poteſt verificari.

46. *Reduplicatiuè*, & *Specificatiuè*. *Prima* vox coincidit cum *Formaliter*, & in *ſenſu Formali*. *Secunda* cum *Materialiter*, & *Idemticè*. Sumitur *Redupl.* ad deſignãdam rationē, vel cauſam, vel conditionem, per quam prædicatum ſubiecto conueniat, vt cum dicitur, Homo quatenus Animal ſentit, terminum *Animal* ſumo *Red.* quia per illū ſignifico Animalitatē eſſe causā, cur Homo ſit ſenſitiuus. Sumitur *Specif.* ad ſignificandam rem cui aliquod prædicatū conueniat, non deſignando rationem, vel cauſam propter quā illud rei cōueniat; ſi enim dicitur, *Muſicus ædificat*, vel *Paries albus diſgregat viſū*, termini illi *Muſicus*, & *Paries* ſumuntur *Specif.* ſenſus enim eſt, *ille qui eſt muſicus ædificat*, vel

non O paries,

paries, *qui eſt albus, viſum diſgregat*. Pro *Reduplicatiuo ſenſu* vtimur frequẽter illis particulis, *Vt, vt ſic, Prout, In Quantum* &c. Dictũ eſt, *frequenter*, quia non ſemper hunc ſenſum efformant; hæc enim propoſitio, *Homo, quatenus homo, eſt animal*, eſt ſolum ſpecif. vera. Reduplicāt autem illæ part. cauſam tum *materialem*, vt Homo quatenus corporeus eſt mortalis, tum *Formalem*, vt Homo quatenus homo eſt rationalis, tum *efficientem*, vt Anima quatenus habet intellectum intelligit, tum *Finalem*, vt Dētes in quantum ſunt facti à natura ad ſcindendum cibum debent eſſe acuti, tum *conditionem*, vt ignis quatenus ligno approximatus illud calefacit. Hinc multa verificantur de re *Specif.* non *reduplicatiue*, & è contra; ſpecies enim ſubijcibilis non *redupl.* ſumpta, ſed *ſpecif.* vniuerſalis eſt. Hinc multæ apud Philoſophos quæſtiones de re *ſpecif.* ſumpta, vt cum quærunt, *An materia cæli ſpecie à ſublunari differat*, non fit quæſtio de materia cæli *reduplic.* ſiue prout cæli formam inuoluit (quis enim ignorat hoc totum differre ſpecie à ſublunari materia?) ſed de materia quæ eſt ſub forma cæli

quæritur, an differat tantum numero a materia equi, ſicuti materia, quæ eſt ſub forma equi differt tantum numero a materia quæ eſt ſub forma hominis, licet ſi reduplicatiuè ſumantur hæ etiam ambæ materiæ ſpecie differant.

47. *Tranſitiuè*, & *Intranſitiuè*. Illud dicitur *Tranſ.* tale, quod eſt tale per aliud ſibi adiunctum, ad quod videtur quodammodo tranſire ad hoc vt ſit tale v. g. Animal dicitur *Tranſ.* Rationale, niſi enim tranſeat ad rationalitatê, ſiue illam ſibi adiungat, Rationale dici non poterit. Sic anima dicitur *Tranſitiuè* corporea, quatenus ſcilicet facit vnum cum corpore, cuius ſequitur conditionem aliquo modo & materia prima dicitur Trãſitiuè compoſita ab his qui formam corporeitatis illi coæuam concedunt. Illud *Intranſ.* tale dicitur, quod eſt tale per ſuam eſſentiam, ſiue ſe ipſo non tranſeundo ad aliud. Sic animal eſt *Intranſ.* ſenſitiuum, & anima rationalis *Intranſ.* ſpiritualis, quia id habent ex ſe ipſis.

48. *Vt quo, vt quod, Id quo, Id quod.* Significat 1. *vt quo* inſtrumentum quo aliquid fit, *vt quod* cauſam principalem, quæ tali vtitur inſtru-

ſtrumento, vt homo dicitur ſcribere vt quod, calamo vt quo. Solet etiam dici, calamus *eſt id, quo* ſcribit Petrus, Petrus aũt eſt *Id quod* ſcribit, licet *Jd quod* ſoleat ẽt applicari illi rei quæ fit inſtrumento, vt epiſtola eſt *Id quod* ſcribitur. 2. *vt quod* dicitur eſſe res, quæ ab aliqua alia re, vel cõceptu accipit denominationẽ, vt intellectus eſt intelligens *Id quod* quia ab intellectione illam denominationem, & materia ac forma dicuntur vniri vt quod, quia ab vnione denominationem vniti accipiunt. *vt quo* dicitur res illa quæ talem tribuit denominationem, ſiue eſt ratio conſtituens tale vt tale. Sic dicitur intellectio intelligens vt quo, vnio vniri vt quo, actio produci vt quo; ſunt enim rationes quibus intellectus intelligit, materia & forma vniuntur, effectuſque producitur. In hoc ſenſu dicitur quoque Albedo eſt alba vt quo, paries verò eſt albus vt quod, & omne ſubiectum dicitur tale vt quod a tali forma quam in ſe, vel circa ſe hẽt. 3. *Jd quo* eſt æquiuoca vox ſæpè, nam aliquando ſignificat id quod eſt veluti medium ad aliud, vt actus viſionis eſt id quo videtur paries v. g. aliquando id ratione cu-

 ius

ius, ſiue ratio motiua ad actum cognoſcitur aliud cognitionis: in quo ſenſu ſumitur, dum dicitur, Albedo eſt id quo videtur paries.

49. *Vt ſic* dupliciter ſumitur. 1. prout ſignificat conceptum communem ab inferioribus præciſum: ſic dicitur, *Homo vt ſic eſt riſibilis* ideſt Rationi communi hominis riſibilitas conuenit, *Animal vt ſic eſt genus*, ſiue animali præciſo per intellectum ab inferioribus accidit denominatio generis. 2. prout ſignificat rē in ſenſu reduplicatiuo, vel etiam ſpecificatiuo, vt cum dicitur Album vt ſic eſt viſus diſgregatiuum, Album vt ſic eſt corpus, Multa conueniunt rei cum illa particula, quę aliter non conuenirēt, vt *Homo* vt ſic non includit differentias indiuiduantes, quod non conuenit homini a parte rei, ſiue indiuiduis hominum quę ſolum a parte rei reperiuntur.

50. *Notum*, ſeu *notius ſecundum naturam*, & *ſecundum nos*, *Primum* dicitur illud ens, quod *ſecundum ſe eſt perfectius*, vt ſubſtantiæ omnes ſpirituales, omniaque accidentia ſpiritualia. *Secundum* quod *eſt magis ſenſibile*, & *perceptibile a nobis*, vt ſubſtantiæ materiales, atq;

acci-

accidentia ſenſibilia: Primi generis entia, vt Deus, intelligentiæ &c. difficilè a nobis cognoſcuntur, licet ſint ex ſe præ cæteris intelligibilia, vtpote præ cæteris maximè entia, adeoque maximè vera; quia intellectus noſter parum habet proportionis ad ea intelligenda, cũ eorum cognitiones nequeat elicere niſi rerum ſenſibilium ſpeciebus informatus. In ſecundo genere numerantur non tantum accidentia *permanentia*, vt quantitas, calor &c. verum etiam *ſucceſſiua*, vt motus, ac Tempus, quæ tamen diſtincta cognitione ſunt difficiliora nobis cognitu, quam ſubſtantiæ ipſæ materiales *materia* autem *prima* inter materiales ſubſtantias, & *Relatio* inter accidentia materialia ſũt *ignota* & *ſecundum naturam*, & *ſecundum nos*, vtpote entia minimæ entitatis, & per cõſequens participãtia parum cognoſcibilitatis: quæ autem ſunt talia indigent intellectu perſpicaciſſimo; ſi *enim viſibile minuatur*, vt habetur in lib. de Sen. & ſenſi. *neceſſe eſt vt facultas videndi augeatur*. Intellectus autem noſter infimum gradum in intellectibus tenet.

§ 51. *Permanens, Succeſſiuum.* Dicitur *primum*

illud quod, vel cuius partes non ſunt in continuo fluxu, ſeu deperduntur, vt Angelus, homo, &c. *Secundũ*, cuius partes continuè deperdũtur, ita vt nunquam determinatam hanc oſtendere poſſis, quæ non deperdita fuerit, vt *motus*, ac *Tempus*,

52. *Motus* alius dicitur *Alterationis preſſè* qui eſt motus ad qualitatem ſenſibilem; vt calefactio &c. hic dicitur eſſe ad qualitates contrariũ habentes, diciturq; *Alteratio corruptiua*, vt diſtinguatur à *perfectiua*, qua acquiritur qualitas perficiens ſubiectum, vt illuminatio: alius dicitur *Augmentationis*, qua acquiritur quantitas, vt cum homo ex paruo fit magnus: alius *lationis*, ſiue *localis*, qua acquirit corpus aliquod vbi, quo antea carebat. Ad hos motus reducitur motus Condenſationis, & Rarefactionis; nam aliqui putant *Raref.* ſitam eſſe in introductione aliquorum corpuſculorũ, ratione quorum corpus maiorem locum occupet quã antea, *condenſ.* verò in horũ *corp.* expulſione: alij præcisè *Rar.* in acquiſitione amplioris vbi, & *cond.* in acquiſitione minoris vbi; alij *modum* quemdam ſuperaddunt: alij *Raref.* ſitam eſſe

docent

docẽt in deſitione totius quãtitatis prę exiſtẽtis, & productione alterius maioris, *Cond.* verò in productione nouæ quantitatis minoris deſinente maiore: alij *Raref.* in ſola additione quantitatis nouæ ad antiquam, *Cond.* in deperditione alicuius partis: alij verò & non improbabiliter aſſeruerunt *Raref.* ſitam eſſe *formaliter* tum in additione nouæ quantitatis, tum in productione noui *vbi* intrinſeci: *concomitanter* verò in vnitione nouæ materiæ ad antiquam præcedentem, & in productione noui modi, ſeu nouæ qualitatis, per quam ſubiectũ videtur fieri tenuius. *Cond.* verò *form.* in deperditione alicuius quantitatis, & acquiſitione noui vbi, *concom.* in deperditione alicuius partis materiæ, & productione alicuius entis per quod ſubiectum videtur fieri magis craſſum. *Hic Motus* Augm. qui in *Raref.* intercedit eſt diſtinctus ab *Augm. viuentium* Propria, nam 1. per hanc partes viuentis fiunt ſolidiores. 2. hæc definitur eſt *actio vitalis, per quam quantitas alimenti additur quantitati viuentis*: 3. ad hunc finem eſt inſtituta, vt viuens ſuum ſtatum connaturalem habeat, in quo ſuas operatio-

rationes congruenter exercere poſſit. 4. ſemper eſt coniuncta nutritioni, quæ quoque eſt *actio vitalis, per quam materia alimenti tranſit a priuatione formæ viuentis ad ipſius formam*, cum enim veſcitur puer, non ſolum quantitas cibi additur quantitati præexiſtenti in puero, videmus enim illum augeri, verum etiam cum illa quantitas non ſine ſuo ſubiecto, ſiue materia remaneat, hæc quoque additur, & dum corrũpitur forma cibi, incipit eam materiam informare anima rationalis pueri.

53. *Vbi intrinſecum, & extrinſecum: Duratio extrinſeca, & intrinſeca.* Dicitur *Vbi extr.* locus, ſeu ſuperficies alicuius corporis ambiẽtis aliud corpus v. g. aer ambiens Petrum, illumq. veluti continens. *Intrinſ.* eſt illa forma per quam res formaliter conſtituitur in hoc loco determinato; cum enim eſſet indifferens, vt in hoc vel illo loco eſſet, debet concedi id per quod formaliter hic conſtituatur. Iſtud accidens inhæret rei quam facit eſſe hic. *Duratio* ſimiliter *extr.* eſt tempus corporibus extrinſecum, vt motus horologij, vel primi mobilis, quod eſt diſtinctus in vigintiquatuor horas ab hominibus.

bus. *Intrinſ.* eſt forma, per quam Petrus determinatur formaliter ad eſſe in hac hora, potuit enim Petrus eſſe in mundo, & hæc hora, & tamen Petrus non eſſe in hac hora. Hæc *autem fusè examinantur in Phy.*

54. *Includens, Incluſum:* homo dicitur includens materiam & animam, quæ dicuntur partes incluſæ. Diſtinguitur includens realiter ab incluſis; homo enim, qui phyſicè includit materiam & animam, diſtinguitur ab anima, & materia *diſtributiuè* acceptis, vt ſic enim dicuntur partes incluſæ, nam ſi *collectiuè* ſumuntur, ſunt iam ipſum includens. Idem dic proportionaliter de homine *Metaphyſ.* conſiderato.

55. *Vitali, nō vitalis.* Duplex *Vit.* actus eſt. *Intentionalis* vt ſunt actus intellectus, voluntatis, cæterarumque potentiarum ſenſitiuarum tum interiorum, cum exteriorum, per quos hæ potentiæ in obiecta tendunt. *Phyſicus* ſitus eſt in augmentatione intrinſeca per intuſceptionem alimenti, vel in aggeneratione per intuſceptionem: attrahunt enim viuentia Phyſica alimentum in minutiſſimas particulas diuiſum per poros, illudq. in ſe conuertunt. *Non vitalis*

eſt

eſt actus qui non eſt cognoſcitiuus, vel augmẽtatiuus & aggeneratiuus. Poteſt aliquod ſubiectum eſſe vitale *Intent.* non verò *Phyſ.* vt eſt Angelus, & e contra, qualis eſt planta. Potentiæ *vitales* ſunt eæ quæ ſunt ad huiuſmodi actus ordinatæ.

56. *Potentia Intentionalis, & Phyſica.* Quæ feruntur in obiectum illudue exprimunt dicũtur *Intent.* vt ſunt voluntas (a cuius actu præcipuo finem intendente, qui dicitur *Intentio*, & eſt actus ab actu volente media, qui dicitur *electio*, diſtinctus, deriuatum eſt nomen ad cæteros actus, & per conſequens ad potentias quoque) intellectus, cæterique ſenſus interiores, ac exteriores. Quæ autem non *feruntur* in obiectum, *ſimpliciter Phyſicæ* appellantur, ita appellatæ non quod *Intent.* non ſint quoque *Phyſ.* & a parte rei, ſed vt denotetur diſcrimẽ, quod eſt inter potentiã v.g. calefactiuam, & intellectiuam.

57. *Mediatè, Immed.* Cum *nihil prorſus mediat*, *Immed.* vt cum quis tangit manu nuda manum alterius nudam; nam ſi tangeret eam chirotecæ opertam *mediatè* tangeret: ſic tango imme-

diate aquam, & aerem; corpora autem ſolida aliqui docent non tangi *immed.* aiunt enim ſẽper intercedere aquam, l. aerem, vel ſimile corpus. Vnus certè ignis non producit aliũ *immed.* ſed *mediante* calore, dicitur verò calorẽ in ſe *immediatè* producere, ſicuti anima producit *immed.* ſuas potentias in ſententia eorum, qui negant eam productionem generanti. Solent autem dici materia, & forma inter ſe immediatè vniri, licet intercedat vnio, quia ſcilicet *vnio non eſt quoddam tertium, in quo vniantur partes, ſed eſt ipſemet formaliter nexus immediatus, et coniunctio vnius partis cum alia.* Sic dicitur ignis producere immed. calorem, quia licet producat calorem per *actionem* diſtinctã, vel etiam fortaſſe per potentiam diſtinctam, hæc tamen omnia ſe habent *vt quo*, quod non tollit rationem immediationis.

58. *Cauſa Totalis*, & *Partialis*. Dicitur *Partiales ea*, quæ *vel ſe ſola nequit producere effectum, ſed indiget neceſſariò alia concauſa: vel quæ etiamſi totum poſſit producere effectum, de facto tamen ita concurſum ſuum atemperat, vt non totum producat*, vt cum duo ſuſtentãt aliquod põdus, quod

ſcor-

ſeorſim ſuſtinere nequeunt vel etiamſi ſuſtinere ſinguli illud queant; non tamen totum adhibent conatum ſuum; qua de re minorē hi percipiunt moleſtiam, quam ſi ſeorſim illud ſuſtinerent. Hęc cauſa ſolet appellari quoq; *Incompleta*, *Inadęquata* &c. Sic *materia*, & *forma* ſeorſim, imò etiam quęlibet harum accepta cum alia in obliquo, dicitur *cauſa partialis compoſiti*. *Totalis*, quę & dicitur *completa*, *Adæquata* &c. eſt v. g. ignis reſp. ignis A. nō enim indiget ad producendum ignem B. alia concauſa in ſuo ordine: *quod additur*, quia omnis creatura indiget cōcurſu immediato *cauſæ primæ* ad ſuam actionem, quæ etiam ſolet dici ex eadem ſaltem realiter cum actione *cauſæ primæ*, ita vt illuminatio Solis v. g. tota ſit a ſole, & tota a Deo, licet a neutra totaliter; & in hoc ſenſu poteſt dici *cauſa prima eſse cauſa partialis omnium* effectuum, & *omnis cauſa ſecunda eſſe quoq; ſemper partialis*. Non ſolent tamen hæ locutiones vſurpari tum quia *ambæ cauſæ ſunt in diuerſo ordine*, tum quia nomen *cauſæ partialis* ſolet communiter importare imperfectionem, cum tamen Deus contineat, eminenter

ſaltem,

ſaltem, omnem omninò virtutem cauſæ ſecundæ, imò ab eo oritur omnis virtus earum, illam enim virtutem, quam habent operandi, a Deo receperunt, recipiuntque ſemper per continuam conſeruationem. Nota, *cum partiales cauſæ concurrunt ad aliquem effectum, illas omnes collectiuè ſumptas dici cauſam adæquatam, totalem, completamq; illius effectus;* quæ denominatio non conuenit ſingulis ſeorſim.

659. *Totum, totaliter.* Hæ voces ſolent maximè vſurpari à Theologis, qui dicunt *Deum videri totum à quolibet Beato, non verò totaliter*; alioquin Deum comprehéderet; quod non tantum non fieri de facto, verùm etiam neque eſſe poſſibile vt fiat, communis ſententia aſſirmat. Dicitur *videri Deus Totus*, quia cum *Deus careat partibus, non poteſt dici, quod videatur vna pars Dei, & non alia*: & in hoc ſenſu verificatur quoq; illud Axioma, *In ſimplicibus aut totũ ſcitur, aut totũ ignoratur. Totaliter videretur Deus, ſi explicatè omnes omninò perfectiones tũ intrinſecas, tũ extrinſecas, quas habet Deus, intellectus cognoſceret*, licet enim Beati cognoſcat

ſcat omnes perfectiones, quæ ſunt in Deo, ſunt enim idem realiter ac Deus ipſe, aliquas tamen confuſo modo apprehendunt, ita vt neſciant earum reddere rationem, vel eas explicare, ſicuti poteſt aliquis videre intuitiuè vnā imaginem totam, & tamen poteſt non habere claram cognitionem perfectionis cuiuſq; partis illius imaginis. Solent 2. vſurpari ab ijs Philoſophis præſertim, qui putant *eumdem effectum poſſe produci per duplicem actionem totalem* v. g. quatuor gradus caloris poſſe per diuinam virtutem produci à duobus ignibus, qui ſeorſim etiam poſſent ſinguli producere quatuor gradus; illi enim gradus quatuor penderent quidē *toti* a ſingulis eorum duorū igniū, *non verò totaliter* a ſingulis, quia penderent ita ab igne A, vt penderēt ēt ab igne B. Poſsūt quidem illi gradus a ſingulis eorum ignium dici pendere *totaliter*, quatenus quolibet eorū exiſtente adhuc producerentur illi quatuor gradus, & quatenus actio ſingulorum ignium ad eos quatuor gradus omnes terminatur: quod non eueniret, quando duo ignes, vt cauſæ partiales concurrerent ad quatuor

 gra-

gradus; nam ſingulorum ignium actioni diuerſus terminus reſponderet,& per conſequens ceſſante vna cauſa producerentur duo tantum gradus. Hoc idem applicari poteſt *conſeruatiuis*.

60. *Totum* licet ſumatur quandoque pro eo quod nullo modo eſt compoſitum, quale eſt Deus, ſumitur tamen magis *proprie pro eo quod eſt diuiſum*, vel *diuiſibile in partes*. Quinque genera Totius recenſentur: Primum dicitur totum eſſentiale; & hoc duplex vel enim eſt *eßentiale realiter*, ſiue *totum Phyſicum*, quod conſtat ex partibus ſubſtantialibus a parte rei diſtinctis, vt homo conſtans ex anima, & corpore; vel *eſt eſſentiale per rationem*, ſiue *totum metaphyſicum*, quod ſcilicet conſtat partibus per rationem diſtinguibilibus;& hanc rationem totius videtur iuxta aliquorum ſententiam participare etiam *Deus*, in quo eſt aſſignabile genus, ac differentia; poteſt enim ſic *Deus* deſcribi, *Eſt ens exigens ex ſe exiſtere*. Secundum dicitur *totum Integrale*, quod *diuiditur in partes Integrales*, quæ ita appellantur, *quia ad rei perfectionem licet pertineant*,

teſt &c. vt pes, brachium &c. Tertium dicitur *Totum Potentiale*, quod non habet actu partes, ſed poteſt habere: & hoc duplex, *Extenſiuum*, vt lignum tripalmare eſt totum potentiale, quia poteſt diuidi in tres palmos, qui rurſus ſubdiuidi queunt in ſemipalmos, qui iterum ſubdiuidi queunt, & ſic in infinitum &c. *Intenſiuum*, vt tres gradus caloris, qui ſubdiuidi poſſunt in minores, ac minores partes ſemper in infinitum. Quartum dicitur *Totum Vniuerſale*, quod diuidi dicitur in *partes ſubiectiuas*, ſiue *poteſtatiuas*, ſiue in partes de quibus vt ſubiectis ita eſſentialiter prædicatur, vt ipſarũ ſingulis ſeorsī conueniat. Sic diuiditur genus in ſuas ſpecies, ſpecies in indiuidua, differentia tum in ſpecies, cum in indiuidua. Dicitur autem hoc *totum Vniuerſale* totum *etiã potentiale*, quia ſufficit ad eius conſtitutionẽ, quod ſit natura apta eſſe in pluribus, & prædicari de pluribus; non autem requiritur, vt natura abſtracta, quę dicitur *Gen⁹* v.g. ſit in pluribus ſpeciebus actu, vel *Species* in pluribus indiuiduis: imò neque requiritur vt cognoſcatur ea natura poſſe eſſe in pluribus ſpeciebus,

vel indiuiduis, ſed ſufficit ad hoc vt ſit verè genus, vel ſpecies, quod ex ſe ſit apta ineſſe, & prædicari &c. Quintum eſt totum *accidentale*, cuius ſaltem vna pars eſt accidens, ſiue hoc ſit intentionale, ſiue Phyſicum.

61. *Intenſiuè, Extenſiuè*. Dicitur *Intenſio*, *cum intra eamdem ſubiecti partem additur aliquid ſimile ſaltem ſecundum rationem ſpecificam præcedenti qualitati*; vt ſi primo ligni palmo calido iam vt vnum addatur alter gradus, calor precedens *intendi* dicitur: ſi autem ille calor adderetur ſecundo palmo, diceretur calor *extendi*, quia circa diuerſam ligni partem verſaretur. Menſura autem, quam poteſt calor attingere in intenſione, ad *Octo*, vel *Decem gradus* limitata a Philoſophis fuit, ita vt tunc dicatur *calor eſſe in ſummo*, quando *octo*, *aut decem gradus attigit*. Hi autem gradus non important aliquid in ipſa qualitate diſtinctum, ſed ſunt *ipſamet qualitas caloris*, in *qua per intellectum noſtrum, cum fundamento tamen in re*, eſt *deſignabilis tanta intenſio*, *quæ æquiualeat octo caloris gradibus*, *qui in diſtinctis ſubiectis ponerentur*, ſicuti eſſe lignum octo palmorum eſt

eſſe

eſſe talem entitatē, in qua deſignabilis ſit tanta extenſio, quæ octo palmis, ſi eſſent diſtincti, æquiualeat. Hinc intelligitur, quid ſignificet, *Deus & creatura ſunt quid perfectius extenſiuè, non verò Intenſiuè*; quia ſcilicet per primas voces ſignificatur, *Deum & creaturā cum ſint duo entia habere duplicem perfectionem*; per ſecundas verò, *cum Deus contineat eminenter, vel formaliter omnes perfectiones quas continet creatura, nō fieri, vt aggregatum ex Deo, & creaturis habeat aliquam maiorem perfectionem, quam non habeat Deus ſolus*.

62. *Propriè, Impropriè*. Tunc *Propriè* vox aliqua vſurpatur, quando ſumitur *pro ea ſignificatione ad quam impoſita eſt*, vt cum diſcurſus dicitur de homine: ſi autem ea vox applicaretur animantibus aliqua opera efficientium adeo affabrè, vt vim inferendi habere videantur, ſumeretur *Impropriè*. Hinc dicitur ſuo modo *diſcurrere bellua*, quòd eſt *impropriè diſcurrere*; nomen enim diſcurſus inditum eſt *operationi intellectus, qua vnum ex alio colligitur*. Sic dicitur Homo Pictus, impropriè, ſiue Abuſiuè homo; Negationes, & Priuationes dicuntur

impropriè ab aliquibus entia ,] ſicuti & ens rationis impropriè ens ; & licet illa vox *Impropriè* aliquando ſignificet idem ac *Aequiuocè* apud multos putantes ens dici ſolum æquiuocè de poſitiuis, ac de negationibus ; & priuationibus; aliquādo tamen *ſignificat Analogicè*, vt in ſententia putāte ens rationis, & ens reale analogicè in ratione entis conuenire. Semper tamen propter aliquam ſimilitudinem, ſiue analogiam vox vna ad diuerſa etiam ſignificanda videtur translata.

63. *Strictè, ſeupreſsè, latè, latiſſimè.* Vox *Prima* ſignificat idē ac in rigoroſa, *Secunda* in minus rigoroſa, Tertia in *vulgari* ſignificatione: Voces enim cum ſint *ſigna ad placitum* potuerunt imponi ad ſignificandum principaliter aliquid, ac poſtea transferri ad alia; quod accidit maximè propter vocum penuriam.

64. *Forma Totalis*, ac *Partialis: Totalis*, quæ & *dicitur non alteri ſubordinata* eſt v. g. anima rationalis, cui facienti cum corpore vnum nō poteſt alia forma ſuperior aduenire: Partiales, quæ *verè ſunt quidem ſubſtantiales, ſed tamen ex natura ſua petunt aliquam formam ſuperiorem a*

quo

qua vltimò actuentur, ſunt enim ad illam in potentia, vnde & *tenent ſe ex parte materiæ*. Sic ſunt Caro, oſſa &c. quæ etiam dum non ſunt animæ ſubiectum, nequeunt diu conſeruari, vt patet in Cadauere, vbi enim anima abſceſſit, corporis partes putrefieri incipiunt: in quo caſu tamen illæ formæ dicuntur ſe habere vt actus reſpectu materiæ, ſunt enim potentia tantùm reſpectu formæ nobilioris.

65. *Quoad ſubſtantiam, Quoad modum*. In motu progreſſiuo animalis conſiderari poteſt 1. & quod tranſeat animal ex vno loco in alium, & quod prius moueat vnum pedem, quam alium: Hoc dicitur eſſe *ſecundum ſubſtantiam*, & *dicitur eſſe Naturale*. 2. quod moueatur corpus & pes hac & illa ratione, quæ traditur a Saltatoria, & tunc dicitur cõſiderari *ſecundum modum*, & hoc ſolet dici *Artificiale plerumq*. Additur illa vox, *Plerumque*, quia non *omnis modus operationis eſt ab arte, ſed poteſt eſſe a natura*, vt patet in modo quem tenet oculus in vidẽdo, potentia progreſſiua in motione membrorum, intellectus in ſillogizando &c.

66. *Potentia Naturalis*, & *Obedientialis*. *Na-*

tur. quæ ſpectatis viribus proprijs poteſt producere, vel recipere effectum, vt ignis reſpectu alterius ignis, & materia reſpectu formarum. *Obedient.* quæ virtute diuina eleuatur ad efficiendum, vel recipiendum effectum ſibi ſecũdum vires naturales improportionatum, vt eſt anima reſpectu habituum ſupernaturaliũ, quos recipit, & ignis ſi eleuaretur a Deo ad producendum frigus; in quo caſu *vna eademq. actione cum igne concurreret ad productionem frigoris*, quæ *tamen actio eſſet diuerſa in perfectione ab ea, qua de facto cum eo concurrit ad calefactionem:* non diceretur tamen iſta ſecunda actio *calefactio*, licet eſſet idem ignis, quia terminus non eſſet calor.

67. *Naturale, Supernaturale*. Primò *ſupernaturale* dicitur id quod eſt ſupra ſdebitũ naturę, ſiue exigentiam cauſæ ſecundæ, vt gratia, aliaque dona ſupernaturalia reſpectu animæ; omnes autem actus, quos elicimus meritorios gratię, & gloriæ celeſtis, virtute quadam ſuperiori fiunt ab anima, in eaq; recipiuntur. *Naturale*, quod iuxta cauſę ſecundę exigentiam fit, vel recipitur, vt creatio Angeli ſecundũ

dona

dona naturalia, animę rationalis &c. Hinc Deus dicitur Agẽs *Naturale*, & *Supernaturale*; quando enim cõcurrit cum ſole ad producendum lumen, dicitur tunc agere vt *agens naturale*, nam poſito quod creauerit Solem Deus, debetur illi quod Deus concurrat vna cum ipſo ad illam actionem; alioquin illuminare non poſſet, quod tamen eſt eius proprietas. Sic in ſententia eorum, qui dicunt Deum *producere ranas*, aliaq; ſimilia, quæ ex putri generari dicũtur, dicitur agere vt *agens naturale*, quia *ſcilicet poſita hac conſtitutione mundi, vt auctor naturæ debet, cum tales diſpoſitiones poſitæ ſunt, concurrere ſed ſolo ad pruductionẽ talium animalium, quæ exiguntur ab illis diſpoſitionibus*, dum *alia cauſa ſecunda non adeſt*; è contra vero dicitur, Deus agere vt agens ſupernaturale, dum infundit gratiam &c. quia neq; actiuè, neq; paſſiuè vllo modo exigit eam anima, licet gratia, & ſimiles habitus ſupernaturales exigant eſſe in anima vel ſimili creatura rationali. Secundo *ſupernaturale dicitur à vulgo*, quod *communiter non fit*, ſignificat enim idem ac ſupra ordinarium naturæ curſum, ſicuti quod fit ſe-

ſecundum ordinarium naturę curſum dicitur naturale. Tertiò naturale ſummitur *prout opponitur acquiſito*: Sic dicimus homini eſſe naturale loqui, ornatè autem loqui eſſe acquiſitum, illud enim habemus ex principijs naturæ, hoc ex principijs induſtriæ, ita vt niſi peculiares quaſdam obſeruationes feciſſemus, nunquam ornatè loqueremur, niſi ad ſummum temerè: In hoc ſenſu etiam dicitur alia *logica* eſſe *naturalis*, alia *artificialis*, ſiue acquiſta; *diſcurrere enim, & aliquando etiam benè diſcurrere eſt inſitum naturæ hominis*; ſcire autem *reddere rationem*, cur hic bonus ſic diſcurſus, alius verò malus, & habere tales regulas, quas attendens intellectus, dummodo a voluntate non impediatur, nunquam poſſit errare, importat aliquid humana acquiſitum induſtria. Quartò ſumitur prout *opponitur voluntario, vel libero. In primo ſenſu dicuntur actiones animalium eſſe animales, non naturales*, quia ſcilicet ex cognitione procedunt. *In ſecundo ſenſu dicuntur motus primo* primi *eſſe naturales homini, quia ſcilicet non ſunt liberi*. Quinto ſumit. prout opponitur *violento*: Sic lapidi eſt naturale deorſum

ſen-

ſcendere, aſcendere non naturale, ſiue violentum. Sexto ſumit prout *opponitur artificiato*, diciturq; eſſe id, quod habet *naturam* .ſ. principium motus & quietis &c. ſic dicitur ignis *eſſe ens naturale*, eſt enim aliquid conſtans ex materia, & forma que ſunt natura, materia enim] eſt principium paſſiuum, forma actiuũ motus &c. & *cœlum diceretur ens naturale*, licet eſſet ens ſimplex, corporeum tamen, quia habet inclinationem poſitiuam ad recipiendum motum ab Intelligentia vſque dum durabunt generationes inferiorum ſubſtantiarum, vel ſaltem habet potentiam neutram ad illum.

68. *Generatio, Mutatio, Conuerſio, Creatio.* Generatio vt ſic dicitur actio, *qua producitur aliquod totum ſubſtantiale, quod conſtet materia & forma, cuius tamen vnio ſit diſſolubilis*, ſiue actio *qua producitur forma ſubſtantialis in materia*. *Mutatio* addit *generationi*, quod *materia fuerit antecedenter priuata forma quam recipit*; & ita *terminus a quo* mutationis *dicitur eſſe priuatiuus*. *Conuerſio* præter hæc dicit *mutationem totius in totum*, ſiue quod forma ſubſtantialis aliqua poſitiua ſit etiam terminus a quo, vt

cum

cum ex forma ligni fit ignis. Quare ſi Deus materiam a ſe omni ſpoliatam forma accidentibus prærequiſitis ad aliquam formam ſubſtantialem diſponeret, productio eius formæ diceretur tantùm generatio, ac mutatio. *Creatio eſt actio, qua aliquid producitur independenter a ſubiecto*, ita vt ſubiectum non dicatur eſſe in potentia ad illud. Sic dicitur anima rationalis creari, licet in corpore creetur, quia materia prima nullo modo continet eam, ſicuti continet cæteras materiales: non dicuntur autem *creari* actus intellectus, voluntatis, gratia, aliaq; his ſimilia etiam ſpiritualia, quia fiunt dependenter ab anima, vel a lio ſimili ſubiecto, ſed dicuntur *educi de ſubiecto* ſicuti formæ materiales tum ſubſtantiales, cum accidentales dicuntur educi de potentia materiæ.

69. *Contradictoria Propoſitio Formalis, & Virtualis*. Propoſitiones *contrad. virt.* ſunt illæ, quæ explicantur per terminos *poſitiuos*, qui tamen neceſſariò inferant *contradictionem formalem*, vt Petrus eſt rationalis, Petrus eſt hinnibilis, ſunt *virtualiter con. prop.* ex ſecunda enim neceſſario infertur, quod Petrus non ſit

ratio-

rationalis; omne enim quod eſt ſenſibile nõ eſt rationale: ad efformandum autem ens rationis ſufficit ſi de illo, quod concipio, poſſint verificari duæ *propoſitiones contradictoriæ virtualiter. Formaliter cõtradict.* quarũ vna explicatur per *terminos poſitiuos*; alia per *negatiuos*. Ad hanc oppoſitionem ritè efformandam, quatuor attendenda. Primò, vt vtraq; propoſitio ſit de eodem ſubiecto, circa idem prædicatum omnimodè, eodem tempore, loco &c. Hinc ſequitur *videns*, *& non videns non eſſe enunciationes contradictorias*, ſed *terminos contradictorios*. 2. *apprehenſiones duas & vnicũ actũ*, qui *verſatur* circa *contradictorias*, *non hẽre oppoſitionem contradictoriam*. 3. *quotieſcumq; variatur ſuppoſitio cum cæteris affectionibus terminorum*, *non inuoluere propoſitiones contradictionem*. Secundò requiritur, vt particula, *Non*, immediatè ante oẽs propoſitionis voces collocetur, v. g. huic, omnis homo eſt animal, oppoſita contradictoriè in rigore erit, Non omnis homo eſt animal. Dicitur in *rigore* 1. quia ita Ariſtoteles c. 5. & 6. ph. per exempla declarat. 2. quia ſicuti terminus contradictorius fit per particulam, Nõ, præ-

præcedentem terminum aliquem poſitiuum. itaq; vt propoſitio ſit cõtradictoria alteri, requiritur vt habeat in principio particulam, *Non*: Cuius ratio eſſe poteſt, quia *oppoſitio contradictoria eſt omnium maxima; ſi autem habeat particulam*, Non, *immediate ante omnes terminos, magis opponetur*. Magnam autem eſſe vim in talibus particulis oſtenditur ex communi ſententia putante propoſitionē eſſe negatiuam, ſi ly *Non* pręcedat verbum *eſt*, affirmatiuam ſi poſtponatur. eſt quidem conſuetum nunc vt *immediate* poſt *ſubiectum* ponatur particula, *Non*, ſed verè in rigore hę, Petrus eſt ſtudioſus, Petrus non eſt ſtudioſus, non ſunt contradictoriæ: quare multiplex genus contradictoriarũ aſſignari poterit. Tertiò requiritur vt propoſitio. nõ *ſint inconſiſtentes*, ſeu *ſeipſas deſtruentes*, quod tunc accidit *cum vna vox eiuſdem propoſitionis deſtruit omnino, ac tollit* quod *altera* dicit; & ſic quando proponuntur huiuſmodi enunciationes, poteſt vtraq; concedi, vel negari; ſicuti arguenti *ſi per impoſſibile Deus deſineret* eſſe, *verum eſſet in eo caſu Deum non exiſtere; adeoq; nec humanum intellectum, ergo datur ali-*

qua

qua veritas eterna extra Deum; reſpondendum eſt, *illam propoſitionem eſſe inconſiſtentem*, namſi nullus eſſet *intellectus non eſſet aliquid verum*, neque *aliquid falſum*, ſiue *non verum*: *non verum enim, ſiue falſum non tantum dicerem non eſſe*, verum *etiam importat negationem conformitatis intellectus*, quorum *nullus ſupponitur exiſtere*. Eſt etiam inconſiſtens iſta, Petrus in ratione anim. à parte rei vel conuenit cum cane, vel non conuenit; illæ enim voces *In ratione animalis*, *ſub ratione animalis* &c. denotant te concipere Petrum ſub ratione animalis, *Petrus autem ſub ratione animalis non eſt independenter ab intellectu*. Quarto requitur, vt vna ex illis ſit vera, altera falſa, inter *duo enim contradictoria non dari medium habetur* 5. *phy. t.* 26. quod medium poteſt dari inter propoſitiones *priuatiuè oppoſitas*, neq; enim Angelus eſt, vel habens albedinem, vel habens priuationem albedinis. *Quotieſcunq; ergo duæ propoſitiones poſſunt eſſe ſimul veræ, vel falſæ non erunt contradictoriæ*.

70. *Materia ex qua, In qua*, & *Circa quam*. Significat *ex qua* illud, ex *quo tanquam ex parte cōponen-*

ponente ſit cõpoſitum, vt materia ex qua ſcamnĩ eſt lignum, & corpus materia ex qua hominis. *In qua* dicitur illud, *in quo aliud recipitur*, talis eſt omnis forma tum ſubſtantialis, cum accidentalis reſp. cuiuſcunq; ſubiecti in quo recipitur. *Circa quam* 1. eſt illud circa quod *tamquam obiectũ* verſatur aliquis habitus, vel potentia, vt operationes intellectus ſunt materia circa quã verſatur Logica, & color eſt materia circa quã verſatur potentia viſiua. 2. dicitur illud de quo *tamquam de ſubiecto* aliquid affirmatur, vt materia circam quam huius propoſitionis, Petrus eſt homo, erit Petrus. Hæc triplex materia alia eſt remota, alia proxima.

71. *Terminus à quo*, & *terminus ad quem*. A quo eſt ille, *quem relinquimus*. Hic triplex aſſignari poteſt, *poſitiuus*, *priuatiuus*, & *negatiuus*. *Poſitiuus*, vt cum ex nigro fit paries albus; nigredo enim quæ tollitur eſt quid poſitiuum. *Priuatiuus*, vt cum paries priuatus albedine fit albus, antequam enim dealbetur habet priuationem albedinis. *Negatiuus*, cũ nullo modo ſubiectum præcedit formam, quæ producitur, vt cum condita fuerunt initio

mundi

mundi elementa, neque n. præceſſit in materia priuatio formarum elementarium; ſupponitur enim eodem prorſus inſtanti & materiam creatam, formaſque elementares concreatas; ſic etiam creationem Angeli præceſſit negatio Angeli; ſed tamen creatio Angelorũ, & concreatio elemẽtarium formarum in hoc diſtinguuntur, quod hæ conditæ fuerunt dependenter à materia, cum qua fecerunt etiam vnum, Angeli verò minimè. *Terminus ad quem* eſt is, ad *quẽ acceditur;* & hic *in mutatione acquiſitiua*, vt cũ paries fit albus, eſt *poſitiuus, negatiuus* vero *in mutatione deperditiua*, vt cum aer ex lucido fit tenebroſus, vbi terminus à quo, ideſt lux, eſt poſitiuus; ad quem, ſiue tenebræ, eſt negatiuus. Non dicitur autem hic terminus *priuatiuus*, quia ſaltem ex decreto Dei extrinſeco non remanet in ſubiecto potentia ad recipiendam formam præteritam, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem, naturalis.

72 *In ratione rei, In ratione obiecti.* Petrus v.g. equum poſſidet in ratione rei, non in ratione obiecti, quia licet illo ad libitum vti poſſit, non tamen cognoſcit omnia, quæ de equo

nihil, licet re vera ſint entia; ſicuti terra dicitur punctum reſpectu cæli, & aqua tepida dicitur frigida, ſi comparetur cum feruete aqua. Imò aliquando ſolum per ſimilitudinem talis res eſſe dicitur, facta comparitione cum alia, vt videtur colligi *ex 6. eth. c. 3.* vbi habetur, *Scientia igitur, quid ſit manifeſtum eſt, ſi exquiſitè tractare, & non ſequi ſimilitndines opus eſt*; videtur .n. hîc loqui de ſcientia practica per comparationem ad ſpeculatiuam.

75. *Species Senſibiles*, ac *Intelligibiles*. Senſibiles ſunt *qualitates materiales ab obiecto deriuatæ*, quæ formaliter ſaltem determinant potentiam materialem ad hoc vt vitaliter per ſuos actus exprimere obiectum poſſit. Sunt autem *materiales*, id eſt *diuiſibiles*; dicũtur autem *formæ ſine materia*, vel quia repreſentant v. g. colorem cum non ſint coloratæ, ſonum cum non ſint ſonoræ, vel quia in eodem planè loco plures ſunt replicatæ, quod non conuenit cęteris materialibus formis. Species *viſibiles* dicuntur a multis valdè probabiliter videri etiã vt quod, vt in ſpeculo &c. *Intelligibiles ſunt qualitates ſpirituales productæ ab agẽte intellectu;*

de quo *monito vltimo p.4.* & recepta *in paſſibili*, quibus anima hominis fit potens exprimere in ſe ſiue cognoſcere obiecta tùm ſpiritualia, cum materialia. *Quomodo autem ſe habeant ſpecies intelligibiles, quæ ſunt in Angelo, & Anima ſeparata, in Metaphyſicis examinatur.*

76. *Per ſe, Per accidens. Per ſe.* 1. ſignificat, id *quod propter ſeipſum intenditur, itaut de illo ſolum intentio habeatur; ſic dicitur* ſanitas per ſe intendi a medico prout medico: ſi autem medicus intenderet in applicandis ægroto medicamentis, vt ægrotus ſanitati reſtitutus aliquē cōſequiretur honorē, honor iſte diceretur intendi ꝑ accidens a medico prout med. nam ſub hac reduplicatione non pōt honor intendi ab eo. Hinc dicitur quoque *Obiectum Per ſe, & ꝑ Accidens alicuius ſciētiæ.* Per ſe alicui ſcientiæ obijcitur id, de quo *talis ſciētia demōſtrat vel cōditiones, vel proprietates, cuius principia inueſtigat* &c. Per Accidens obijcitur id, quo *non cognito adhuc cognoſceretur a ſcientia propriū obiectum, & quod ſi cognoſcitur in tantum cognoſcitur ſolum in quantum cognitio tendens in propriū obiectum, ſaltem vt plurimum concomitanter, tendit*

etiam

etiam in illud, & hoc propter imperfectionem intellectus; ſicuti dum tendit Metaphyſicus in Deum, ac Intelligentias, corporea apprehendere ſolet, et Logicus cõcipere in operibus ſuis ſolet relationes quaſdam fictas, ſiue entia quæ dicuntur *rationis Logicæ*; cum tamen hæc omnia ſint obiecta p accidens. 2. *Media in ordine ad aliquem finem dicuntur intendi per accidens*, vt ambulatio, ſumptio medicinæ &c. *in ordine ad ſanitatem*, quæ intendi dicitur *per ſe*, ſiue *non in ordine ad alium finem Cuius*; ſi autem eſſet aliquid *quod habere poſſet & ratione medij & finis*, vt eſſet *ſumptio* medicinæ palato ſapidę, tunc illa medicina & per ſe, & per accidens intendi diceretur. Hinc dicitur ſubſtantia eſſe *primum ens a natura intentum*, ſiue *ens per ſe*, accidens verò eſſe ens *intentum in ordine ad aliud*, vt colligitur ex t. 7. meta. t. 2. 3. Illud dicitur *fieri per ſe*, *quod iuxta conſuetum naturæ ordinem fit*, vt pluuia in hyeme, ingentes calores in canicula. *Per Accidens* verò, quod *præter conſuetum naturæ ordinem fit*, vt calor hyberno tempore, nix æſtiuo &c. *Sic dicitur eſſe per accidens*, vt *qui male vixerit, benè moriatur*. 4. Illud dicitur ſe habere

Digitized by Google

Per ſe alicuius effectus, quod eſt ratio, ſeu cauſa cur ille ponatur actu, vt Architectus Per ſe ædificat, quia Architectura, quæ eſt in tali homine v.g. eſt ratio, cur ædificium exiſtat. Muſicus autem Per accidens ædificat, quia muſica, quæ eſt in homine, non confert ad ædificationem. Poteſt autem aliquid in eodem ſe habere *per ſe in ordine ad effectum vnum, per accidens verò ad alium*, vt muſica in eodem homine in ordine ad rectam modulationem ſe habet per ſe, ad ędificationem verò per Accidens. Sic ẽt *forma præcedens per accidens ſe habet* ad generationem ſub *nomine mutationis*, *Per ſe verò* ad eamdem ſub nomine *Conuerſionis*. 5. Illud dicitur *p. Accidens efficere, vel recipere aliquid*, quod non habet connaturalem exigentiam, vt illud producat vel recipiat; vt ſi ignis aſſumeretur à Deo ad producendum frigus, & quando anima recipit in ſe habitus, actuſque ſupernaturales. 6. *Materia & forma dicuntur* facere vnum Per ſe, habent enim correlationem inuicem, ſuntque in eodem Subſtãtiæ genere, materia verò ſubſtantialis cum forma accidentali, dicitur facere vnum per Accidens, cum ſint in di-

diuerſo Prędicamento. Si *autem duo eiuſdem Prædicamenti accidentia habeant inuicem proportionem tanquam ſubiectum, & forma, vnum per ſe Accidentale efficient.* 7. *Per Accidens* dicitur aliquid alteri vnitum, quod *Caſu, & præter eius exigentiam illi adhæret*, vel eſt *vnà cum illo*, vt eſt calor reſpectu aquę, quæ etiam dicitur per accidens calefacere, & dęmon malus per accidens habet vnionem aliquam localem cũ corpore obſeſſo, & intelligentia cum cęlo, licet hęc vniatur cęlo magis connaturali modo, vnde & dicitur forma Cœli, non in ſtricta tamẽ ſignificatione. 8. Speculatiua ſcientia dicitur conſiderare cauſas per ſe, ſiue non in ordine ad aliud. Practica verò Cauſas per Accidens, ſiue in ordine ad opus: quicquid enim conſiderat artifex omnia in ordine ad praxim conſiderat. 9. Cauſa per accidens, quę non eſt determinata à natura ad talem effectum, vt foſſio terræ reſp. inuentionis theſ. de qua n. 79.

77. *Cauſa materialis, Formalis Intrinſeca, Formalis extrinſeca, Efficiens, Idæalis, ac Finalis.* materialis triplex *Ex qua, In qua, & Circa quam*, de qua n. 70. *Form. Intrinſeca* aliquando *metaph*-

 ſum

ſumitur, & eſt ipſamet eſſentia, ſiue prædicata quidditatiua rei, de quo num. 19. aliquando ſumitur *Phiſicè*, & eſt forma actuans materiam (de qua n. 8.) ſiue ſit ſubſtãtialis, ſiue accidentalis, quæ ſæpè non poteſt effectum ſuum formalem intrinſecum cauſę materiali communicare, quin communicet ſimul alteri effectũ formalem extrinſecum, vt viſio quæ denominat Petrum intrinſecè videntem, obiectum verò extrinſecè viſum, e contra verò *actio calefactiua ignis* in communiori ſententia denominat ignem calefacientem, quæ eſt *den. extr.* lignum verò calefactum *intrinſecè*. *Form. extrinſ.* duplex eſt: alia quæ nulla ratione vnitur ſubiecto, ſed merè extrinſecè ſe habet, vt eſt *terminus* reſpectu relationis quæ eſt *in fundamento*, & omne obiectum potentiarum: alia quæ intrinſecè vnitur ſubiecto, ſed eſt illi extrinſeca quatenus illud non cõponit, vt eſt omnis forma tum ſubſtantialis cum accidentalis reſpectu ſubiecti, cui inſunt. Ruſus *Ca. Form. extr. quæ merè ſe habet extrinſecè*, alia non emittit ſpecies ſui, vt eſt *terminus* in relatione; alia emittit vt obiecta potentiarum cognoſcitiuarum. Ab

his

his *cau.for.extr.* dicuntur relationes, ac potentiæ *ſpecificari*, quia habent eſſentiam cum intrinſeco ordine ad illas, quæ dicuntur extrinſecæ non potentijs, vel relationibus *redupl.* ſed *ſpecif.* nam etiam cognitum, dexterum & cæteræ denominationes extrinſecæ redupl. acceptæ & formam & ſubiectum intrinſecè important, tamquam partes illius concreti intrinſecas. *Efficiens* eſt illa a qua procedit actio, & dicitur; *Principum Primum vnde motus:* hæc duplex; *Increata* ſcilicet, quæ & *Cauſa prima* dicitur & huic tanquam peculiaris eius actio tribuitur creatio materiæ primæ, intelligentiarum, animarumque rationalium, ac cæterarum qualitatum ſupernaturalium; ſimul tamen concurrit cum omnibus cauſis *creatis*, quæ *cauſæ ſecundæ* dicuntur, ad ſingulas earum actiones. Quæcumque res exiſtens participat aliquam rationem cauſæ efficientis; nam ipſa etiam materia prima videtur eſſe productiua *Vbi, Durationiſque* ſaltem, quæ ſunt illi intrinſeca. Ad *efficientem* reuocatur *Idealis*, & *eſt forma in mente exiſtens, quam effectus imitatur ex intentione agentis ſibi finem determinantis*, antequam

quam enim murarius ædificet domum ſolet præconcipere domum ædificandam,& ad eius ſimilitudinem exteriorem domum conſtruere. *Finalis* duplex eſt. *Finis cui* eſt illud ſubiectum, cui acquiritur Finis *cuius gratia*, qui eſt ille propter quem acquirendum agens operatur v. g. *dum ambulo propter ſanitatem acquirendam*, *ſanitas habet rationem Finis Cuius gratia*. *Ego autem, cui illa acquiritur, habeo rationem Cui*. Ambulatio verò dicitur *Medium*: ſi verò *Medium* vnum ordinetur ad aliud, vt ſectio venæ reſpectu ſumptionis medicinę, tunc medium induit quoque aliquam rationem cauſæ finalis, diciturque *Finis Intermedius*.

78. *Cauſa Moralis*, & *Phyſica*. Quæ realiter, & per veram actionem dat eſſe effectui, vt ignis lignum calefaciens, dicitur *Phyſ.* ſiue ſit materialis, ſiue ſpiritualis, ſiue agat per ſenſibilem actionem, ſiue per aliam quamcumque cauſalitatem. Quæ *Moralis*, duplex; alia *impropria*, vt cauſa libera, quæ licet agat per realem cauſalitatem, dicitur tamen *Moralis* prout opponitur *Cauſæ neceſſariæ*, quæ non poteſt effectum non ponere: alia *propria*, quæ non Phyſicè,

cè, & per veram actionem producit effectum (licet ſoleat in aliquo etiã phyſico fundari denominatio iſta) ſed cui ſecundum prudentē hominum æſtimationem imputatur, & tribuitur effectus: Vt conſiliarius, vel qui imperio, vel precibus, vel per modum meriti mouet alium ad aliquid efficiendum: Sic dicuntur antiqui Patres fuiſſe cauſa accelerationis aduētus Chriſti, & in aliquorum ſententia Sacramēta nouæ legis dicun. *cauſæ morales* gratię Sacramentalis, eiuſque *ſigna practica*, habēt enim in ſe valorem & vim ad mouendum Deum; quo valore, ac vi carebant Sacramenta antiquæ legis, quæ cōparari poſſunt denario v. g. plumbeo cum ſigillo regio, quod eſt ſolum ſignum voluntatis, & ordinationis regis, qui ordinauit dari argenteam pecuniam tale ſignum exhibenti; quare videntur fuiſſe *conditiones tantum* ad hoc vt daretur gratia, & *ſigna* veluti *ſpeculatiua*: quæ latius Theol. agitãt. Ex hoc inferes quoque, qui *non remouet cauſam Phyſicam incendij v. g. quam poteſt, & tenetur remouere*, dici cauſam moralem incendij, & effectuum, qui ſequuntur; ita enim ſegerit vt ſecundum

pru-

prudentem hominum æſtimationem illi effe-ctus imputetur.

79. *Cauſa per ſe, per accidens.* Illa ex cuius virtute aliud per ſe accipit eſſe, vel a qua directè pendet effectus *Cauſa per ſe* dicitur. *Cauſa per Ac.* alia eſt *ratione Cauſæ*, alia *ratione effe-ctus*. *Prima* eſt id quod coniungitur cum cauſa per ſe, quam nullo modo iuuat ad cauſandũ, vt muſica v. g. coniuncta cum ædificatore eſt cauſa per accidens ędificij. Sic Polycletus dicitur ab Ariſt. cau. per ac. ſtatuæ, quia ſtatuarius poterat eſſe aliud ſuppoſitum, non Polyclet. *Secunda* eſt, quando ad effectum primo & per ſe intentum ſequitur aliud quod a cauſa non intenditur, tunc enim reſpectu huius conſequentis dicitur *Cauſa per acc.* v.g. qui fodit terram eſt c.p.a. inuentionis theſauri, nam primo & per ſe intẽdebat fodere terrã, ſed quia cũ foſſione eſt coniuncta inuentio theſauri (nec foſſio terræ eſt ex natura ſua determinata ad talem effectum) dicitur fodiens & foſſio cauſa ſa per accid. inuentionis theſauri. Qui etiam remouet impedimentum, quo lapis detinebatur in aere, eſt c. p. a motus lapidis, quia hic

motus

motus eſt coniunctus cum remotione illa impedimenti, quæ primo & per ſe cauſabatur a remouente impedimentum. Hinc dicuntur dari tantum *Cauſæ per acc.* monſtrorum, nam ex ſua intentione natura vult perfecta animalia producere. Effectus huiuſm. qui ſequuntur ex cauſis liberis dicuntur *fortuit;* qui ex alijs cauſis *caſuales*.

80. *Cauſa Principalis*, & *Inſtrumentalis*. In Artificioſis illa dicitur *Princ.* quæ dicitur vti alio in ordine ad aliquem effectum, quem illa intendit. Hoc autem quod alteri inſeruit dicitur *Cauſa inſtrum. In naturalibus inſtrum.* eſt id quo agens ſubſtantiale vtitur in bonum proprium ipſius agentis ſubſtantialis: & ita non ſolum accidens ſe habet reſpectu ſubſtantiæ, cuius productionem diſpoſitiuè ſaltem præcedit, verũ etiã vnum accidens reſpectu alterius, quicquid enim facit in bonum alicuius ſubſtantiæ facit, & dependenter a ſubſtantia aliqua facit.

81. *Infinitum Cathegorematicum*, ſiue *actu*; & *Sincathegorematicum*, ſiue *in potentia*. Partes quantitatis ſcamni dicuntur *inf. ſinc.* quia nullum

lum agens poterit vnquam deuenire ad finem diuiſionis ita vt verum ſit *In aliqua differentia tẽporis dicere, Nũc ſunt oẽs actu diuiſę*: & ita quoque cogitationes beatorum per totam æternitatem a parte poſt dicuntur eſſe *inf. ſincat, & in potentia,* quia ſemper aliæ, & aliæ ponentur; & ita *æternitas a parte poſt* habet actum admixtū tamen ſemper potentiæ: *Catheg.* diuiſæ dicerentur partes *Quantitatis.* ſi in aliqua temporis differentia verum eſſet dicere, *Omnes nunc ſunt actu diuiſæ.* Sic in ſententia Ariſtotelis, qui admiſit *æternitatem mundi a parte ante,* videtur concedendum *inf. Cath.* nam extra cauſas iam fuiſſent actu infiniti dies, anni, animæ &c.

82. *Homogenea, Heterogenea.* Quæ ſunt eiuſdem naturę, ac perfectionis, vt duo gradus caloris ignis A, & duo alij ignis B. *homogenea* dicũtur. Quę ſunt diuerſæ naturę & perfectionis *Heterog.* verum hoc dupliciter, vel quia habent *ſimpliciter diuerſam naturam,* & per *conſequens diuerſam perfectionem,* vt calor & frigus, vel quia *ſub eadem ſpecie diuerſam tantùm perfectionem participant,* vt primus & ſecundus gradus caloris iuxta nonnullos, & animę rationa-

les

les iuxta alios, & in communi Theologorum ſententia Beatorum viſiones, quæ dicuntur Heterogeneę *indiuidualiter tamen*, & non *ſpecificè.*

83. *Intentio obiectiua*, & *Formalis*. Obiectum circa quod verſātur potentiarum intentionalium actus dicitur *Int. Obiect.* ipſi verò actus quibus appetitur vel cognoſcitur aliquid dicuntur *inten. form.* Intentio prout peculiariter *de intellectus obiecto*, & *actu* dicitur, tribuitur in *Primam* & *Secundam* 1. *Form.* eſt actus ille quo cognoſcitur obiectum prout eſt in ſe, vt cognitio parietis, cœli &c. & dicitur *cognitio directa*. 2. quæ præſupponit primam eſt actus, quo cognoſcuntur res prout fuerunt antea cognitæ, ſiue quo,ſimul cum ipſis rebus cognoſcitur antecedens earum rerum cognitio, vt cum reflectendo cognoſco parietem eſſe cognitum, iſta enim cognitio tendit in concretum illud ex pariete, & cognitione, & per conſequens non in ſolum parietem, verum etiam in cognitionem tendit. Hæc cognitio dicitur etiam *Reflexa preſſè*, quia *Reflexa latè* eſt illa,quę præſupponit quidem ante ſe aliam

cognitionem, ſed nec illam, nec proprietatem rei cōuenientē ex eo quod cognita ſit per dictā cognitionem, habet pro obiecto; & hæc ſolet dici quoque cognitio *Comparatiua*: quę tamen duplex eſt. *Prima*, quæ ſolum præſupponit antecedentem aliam cognitionem. Sic dicitur ab aliquibus *Vniuerſale fieri per cog. comp.* nam vt fiat illud præcedere ſolet cognitio plurium particularium; *& entis rationis non logici* efformationem ſolet in nobis præcedere entium realium cognitio. *Secunda*, qua concipimus v. g. naturam genericam cum comparatione, ſiue relatione ad plures ſpecies &c. & hęc coincidit cū *reflexa preſsè*, & per hanc ſolent fieri *entia rationis logica propriè*; per actum enim directum quo cognoſco *Petrum eſſe hominem*, non cognoſco vel in ipſo actu directo, vel in ipſo Petro relationem vllam fictitiam, vel relationem mutuam inter Petrum, & hominem, qua ad inuicem tanquam *ſubiectum*, & *Prædicatum* referātur: Sed iſtæ relationes fiunt per *actum reflexum*, qui concipit Petrum & hominem vt inuicem relata, eo quod per actum directum affirmantem vnum de alio cognita
fue-

fuerint illa extrema. 1. *Obiectiua Intentio* eſt obiectum 1. *form. intentionis*, ſiue res quæ cognoſcitur prout eſt in ſe ipſa. 2. *obiect.* eſt obiectum *ſecundæ intent.* formalis, ſiue concretum ex re, & cognitione antecedente; cum enim cognoſco genus, non feror tantùm in naturam quæ genus dicitur, verum etiam in cognitionem eam, per quam aliqua natura genus dicitur. Hinc dicuntur aliqua conuenire rei *primò intentionaliter* acceptæ, ſiue prout *eſt a parte rei*, alia rei Secundò *intentionaliter* ſumptæ, ſiue prout circa eam verſatur intellectus.

84. *Directè, Indirectè.* Dicitur 1. illud ꝙ cognoſcitur in obliquo cognoſci *indirectè*, vt terminꝰ in relatione; ꝙ cognoſcitur in recto *directè* cognoſci, vt ipſamet relatio. Dicitur 2. cognoſci a nobis Deꝰ, & ſubſtātia ſpiritualis indirectè, quatenꝰ nō cognoſci a nobis ſolēt ſaltē primò per ſpecies earum ſubſtātiarū proprias; accidentia verò corporea ſaltem a nobis directè cognoſci, quia habemus eorum ſpecies proprias. 3. dicitur intellectus ferri in aliquod obiectum *directè* ſiue *per ſe*, in aliud verò *indirectè*, ſiue per *accidens*, de quo n. 76. 4. dicitur

oculus ferri in albedinem v. g. directè, in parietis verò ſubſtantiam indirectè, quia videt quidem parietem *denominatiuè*, quatenus videt albedinem, quæ eſt in pariete qui denominatur viſus; ita tamen fertur in eam, vt etiamſi non eſſet in aliquo ſubiecto adhuc illam videret, vt patet in albedine hoſtiæ conſecratæ, ideoque dicitur ferri in albedinem *directè*, & formaliter. 5. dicitur Logica ferri in res omnes *indirectè*, in operationes verò intellectus directè, quia *proximè* circa has verſatur, circa illas *remotè*, quatenus verſatur circa operationes, quæ verſantur circa res.

85. Obiectum *Vniuerſalitatis*, & *Attributionis*. *Primum* eſt complexus omnium eorũ, quæ ponuntur tanquam ſubiecta in omnibus propoſitionibus alicuius ſcientiæ. *Secundum* eſt id, *cuius gratia omnia de quibus agit aliqua ſcientia, tractantur, ſiue hæc tractentur tanquam principia, vel vt cauſæ, vel vt paſſiones &c.* Attrib. obiectum ſolet appellari *Adæquatum*, *Totale*, & *Communiſſimum*: imò & ſolet Confundi cum obiecto *Principali*, quod tamen eſt pars *obiecti Attrib.* hoc enim integrari ſolet

ex multis partialibus, quorum aliqua ſunt *magis principalia*, vel hæc ſint ex natura ſua nobiliora, vel illorum cognitionem magis principaliter intendat illa ſcientia; alia *minus principalia*, ſiue ignobiliora, vel minus intenta. In omni ſcientię obiecto tria diſtinguenda 1. *Subiectum*, quod ſolet etiam dici *Obiectum materiale de quo*, *ſubiectum de quo*, & ab Ariſtotele 1. Post. t. 43. *Genus*. 2. *prædicatũ*, quod ſolet eſſe paſſio, & dicitur *obiectum materiale Quod*, & *Ratio formalis* Quæ. 3. medius terminus, qui ſolet dici *obiectum Formale Quo*, *Ratio Qua*, ſeu *Ratio ſub Qua*. Apud aliquos autem *obiecti materialis* nomine intelligitur illud quod *materialiter ſcitur*, id eſt, res ipſa ſcita, ſiue obiectũ *materiale de quo*, & *quod* ſimul, ſiue connexio ipſa prædicati cum ſubiecto: nomine autem obiecti form. intellig. *ratio ſub qua*, ſeu *per quam* obiectum materiale ſcitur, id eſt per quã prædicatum de ſubiecto demonſtratur, quæ apud hos quoque eſt *medius terminus*, quo mouetur intellectus ad aſſenſum concluſionis.

86. *Virtus Moralis*, & *Virtus Intellectualis*. Moralis ex meth. c. 6. eſt quæ *bonũ facit habentẽ*

& opus eius reddit bonum, ſiue conforme recto dictamini rationis. Intellectualis eſt habitus quo *affirmando, aut negando verum dicimus. ibidem c.3.* Poteſt autem aliquis habitus inclinare ad actus veros, qui tamen ſint rectæ rationi difformes, & per conſequens poterit eſſe virtus *intellectualis*, & non *moralis*, eritque bonus intellectualiter, non verò moraliter. Ab Ariſtot. recenſentur quinque virt. Intell. 1. *Ars*, qui eſt *habitus vera cũ ratione effectiuus*, ſiue præſcriptiuus operationis, a qua non dicitur operans ſimpliciter bonus. 2. *Prudentia eſt habitus vera cum ratione actiuus circa ea quæ humana bona ſunt*, ſiue præſcriptiuus operationis, a qua denominatur operans ſimpliciter, & ſine addito bonus. 3. *Intellectus*, qui eſt habitus verſans circa prima principia, quibus terminorum explicatione ſola facta intellectus aſſentitur. 4. *Sapientia*, qui eſt *habitus conſtans ex intellectu, & ſciẽtia c.6.* ſiue imitãs intellectũ, & ſcientiam, quatenus ex vna parte inclinat ad aſſenſum primorum principiorum, & ex altera id non facit ex ſolo lumine naturali, vt facit *Intellectus*, ſed per diſcurſum ad modum

ſcientiæ,

ſcientiæ, inclinando potentiam intellectiuam ad hoc vt facilè reflectat ſupra lumen naturale dictans de veritate principiorū, ac deinde aſſumat ipſum lumen naturale tanquam medium ad probanda prima principia. 5. *Eſt Scientia Speculatiua*, quę elicit *cognitiones obiecti ſimpliciter neceſſarij per cauſam &c.* id eſt obiecti neceſſarij vel *ſecundum eſſentiam*, vel *ſecundum exiſtentiam* quoque, quatenus extitiſſet quoque ſemper in ſuis cauſis ſaltem obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ, verum enim fuit ſemper v.g. dicere; Quotieſcumque ponetur homo, antecedenter ad omnem libertatis vſum diſcurret; omne igitur quod poteſt exiſtere independenter a libera voluntate poterit eſſe obiectum ſcientiæ ſpeculatiuæ, quæ *a Scientia Practica* diſtinguitur, quod hæc verſetur circa obiectum, cuius poſitio ſimpliciter a libera hominum voluntate dependet: ideoque dicitur non habere principium determinatum ſui eſſe. Hinc intelligitur, quid ſit *habitus virtuoſus, & habitus erroris, ſiue erroneus*, ille enim eſt *habitus inclinatiuus ad operationes rectæ rationi conformes, hic verò eſt habitus inclinatiuus ad actus*

R 3 *ſal-*

falſos, ſiue difformes obiecto. Medium inter habitum virtutis, intellectualis, ac erroris obtinet locum habitus ille, qui dicitur *Facultas* preſsè; hic eſt ex *ſe inclinatiuus tùm ad verum, cũ ad falſum*; vt enim colligitur *ex 1. Rhet. eſt habitus probans de omnibus rebus vtramque contradictionis partem*.

87. *Cognitio Speculatiua, & Practica*. Spec. *quæ fertur in obiectum*, (ſiue hoc ſit operabile, ſiue non) *illudq. cognoſcit eo tantũ fine, vt cognoſcat eius naturã, vel proprietates &c.* Practica, *quæ* verſatur circa *obiectum operalibile modo operabili*, ſiue *modo præceptiuo*, ſiue *per modum regulæ, ac dictaminis:* vnde dicitur eſſe regula immediata operis. Solet actus practicus indicari vocibus indicantibus *dictamen, imperium &c.* quod tamen non ſufficit, niſi etiam obiectum ſit a libera voluntate dependens.

88. *Simpliciter, & Secundum Quid*. Cum aliqua forma *nullo addito* ſubiecto conuenit, *ſimpliciter*; cum aliquid adendum eſt, *Secundum quid*, ſiue *cum addito* ſubiecto dicitur conuenire. Ad hoc vt aliquid dicatur *ſimpliciter* tale, 1. nõ eſt neceſſe vt nihil planè oppoſiti ſubie-

ctum

ctum habeat, ſed ſufficit ſi forma, a qua ſumitur denominatio, præponderet; imò non requiritur, vt verè ſubiectum habeat plus vnius qualitatis, quam alterius, ſed ſufficit quod ſenſui ita appareat. Sic dicimus ſæpè ferrum eſſe calidum dum pauci gradus caloris illi inſunt, licet re vera plus frigoris habeat 2. ſufficit ad denominationem *ſimplic.* tribuendam nobilius obiectum: dicitur enim Logica a multis *Scientia demonſtratiua*, *ars ſillogiſtica*, Metaphyſ. dicitur *Theologia* ex principaliori ſolum earum ſcientiarum obiecto, nam alioqui circa multa alia *per ſe* verſantur, cum aliorum obiectorum cognitio ſit expetibilis in ijs ſciētijs, etiamſi circa *demonſtr.* vel *ſillog.* Logica v. g. nō verſaretur &c. Poteſt 3. *in vno ſtatu denominari ſubiectum ſimpliciter tale, a qua in alio ſtatu, & circumſtantijs denominabitur ſolum ſecun. quid;* eadem enim doctrina & eruditio, quam aliquis puer habebit, ſufficit ad eum denominandum ſimpliciter eruditum, ac doctū, quę in virili ætate eum non denominabit virū eruditum, ac doctum. Ratio eſt: *quia in puerili ætate habet ſolum negationem maioris doctrinæ, in*

virili verò habet priuationem. ergò in hac ętate cũ habeat formam doctrinæ oppoſitam, non poterit dici ſimpliciter eruditus; in illa verò cum non habeat formam doctrinæ oppoſitam poterit hanc habere denominationem.

89. *Relatio, Relatiuum, Fundamentum, Ratio Fundandi, Terminus, Correlatiuum, & Correlatio.* Relatio, quæ *ordo & habitudo ad aliud* dicitur, eſt ratio formalis, ſeu forma per quam res conſtituitur cum ordine ad aliud, vt paternitas, per quam Petrus conſtituitur intrinſecè ordinatus ad Paulum genitum. Petrus autem dicitur *Relatiuum*, ſiue ens habens ordinem & habitudinem ad aliud, ſiue ad Paulum genitũ. *Fundamentum* duplex eſt, *Remotum* hoc eſt ſubiectum, quod denominatur relatiuum, & *Proximum*, hoc eſt radix, ſeu quaſi cauſa ex qua conſurgit relatio, vt generatio reſpectu paternitatis & albedo in pariete quæ eſt radix ſimilitudinis; quæ Radix, & fund. prox. dicitur *Ratio etiam fundandi:* non autem eſt neceſſe, vt hæc ſit poſtquam reſultauit relatio, vt patet in generatione, actu docendi &c. *Terminus* eſt illud extremum, in quod relatio, ac mediante

rela-

relatione Relatiuum tendit, minuſque *principaliter*, *ſecundariò*, & in *obliquo* ſe habet in relatione; quæ ſi recipr oca ac mutua relatione, ſiue *Correlatione* referatur ad fundamentum, dicitur *Correlatiuum*. Terminus quoque alius eſt *Proximus*, alius *Remotus*: *prox. eſt ratio terminandi*, *ſeu radix term.* vt generatio prout recipitur in Paulo eſt cauſa cur ſit ipſe terminus relationis Paternitatis, quæ eſt in Petro.

90. *Circumſcriptiuè*, ac *Definitiuè*. Dicitur aliquid eſſe in loco *circ.* ſiue habere vbi *Circumſcriptiuum*, quod etiam dici ſolet vbi *Commenſuratiuum*, cum vna pars locati correſpondet vni parti loci, altera alteri: adeoque entia quæ non ſunt extenſa carent hoc *vbi*. *Definitiuum Vbi* dicitur forma, per quam quidem locatum eſt in vno loco ita vt non ſit in alio niſi per miraculum, ſed ita vt vna pars locati non correſpondeat vni parti loci, ſed tota toti loco, ſingulisque eius partibus, vt eſt vbi Angelicum. Dupliciter autem adhuc aliquid poteſt eſſe in loco *definitiuè* 1. vt illud quod exiſtit in hoc loco non exiſtat vbique neceſſario; & ita Angelus, & corpus Chriſti in hoſtijs participant hoc

vbi

vbi. 2. Vt illud quod exiſtit hic, non poſſit eſſe in locis alijs, & hoc *vbi definitiuum negatur a multis habere corpus Chriſti*, ſicuti in primo ſenſu, & quatenus ſignificat eſſe in loco ad modũ rei indiuiſibilis a multis conceditur, & nominatim *a Gabr. in 4. d. 10. q. vn. a. 2. concl. 7. Palud. ibidem q. 3. a. 2. & vrt. aliſp. 14. Phy. ſ. v. ſſ. 39.* & quæſtionem hanc eſſe de nomine fatetur *Val. tom. 4. d. 6. q. 4. p. 2.* ideoque pro vario ſenſu verificantur variæ ſententiæ. Alij nullũ ex his loquẽdi modis vſurpãt, ſed dicunt eſſe in loco verè, ſed Sacramentaliter, quia hęc præſentia eſt altioris ordinis, vt Suar. d. 75. ſ. 3. & Coninch in q. 76. a. 5.

Academiæ Magiſtratus ad Lectorem

Sfortia Targius Academ. Ferreus Academiæ Princeps Primus, quem excepit
Auguſtinus Raimundus Academ. Tenebricoſus.
Carolus Montius Acad. Infimus Conſil. Primus.
Carolus Rondinellius Acad. Diſcors Conſiliarius Secundus.
Tullius Bertus Acad. Incluſus Acad. a Secretis.
Carolus Maſſinus Acad. Naturalis Acad. Theſſaurarius.

Si

Si huiuſmodi voces in Ariſtotele, vel alijs antiquioribus Philoſophis non exaratas videris, non ideo eas reprehendas, alioquin *Ariſtotelem, D.Thomam, Scotum, Caietanum*, alioſq. complures condemnare quoque cogeris, a quibus nouæ excogitatæ fuerunt voces Philoſophicæ; *licet enim cuiq.* ex Aug. to.4. 83. q. q.46. *rei ignotæ, quę nullum habet vſitatum nomẽ, quodlibet nouum imponere:* imò non eſſe nouum in Eccleſia ad confutandas hæreſes, & explicanda myſteria, noua inuenire nomina, quæ res antiquas propriè ſignificent, & veritatem Catolicã ſatis exprimãt, inter cæteros *Suar. tom.3. in 3.p.d.*50.5.1. agens de nomine *Tranſubſtantiationis*, docet. Illud potius diligenter attende, quod a Platone in Dial. qui inſcribitur *Hippias*, ſiue de *Pulchro* per interpoſitas Perſonas, Socratem, & Hippiam ſcriptum legimus; nam initio eius Dial. inducit Socratem & Hippiã, ita loquentes. Soc. *An verò putas quẽadmodum cæteræ artes incrementum tempore ſuſceperunt, adeò vt noſtri temporis artifices ſuperioribus longè præcellant, ita & facultatem veſtram, ſtudium videlicet ſophiſtarum, creuiſſe, at veteres*

ſa-

ſapientiæ ſtudioſos, ſi vobiſcum compararentur, viles admodum extitiſſe. Hip. rectè omninò loqueris. Soc. Ergo ſi hodie Bias reuiuiſcat, à nobis irrideretur, quemadmodum ipſum Dædalum ſculptores aiunt, ſi reuiuiſcens talia fabricaret, qualia quondam, ex quibus ſibi gloriam comparauit, ridiculum fore. Hip. Sic ſe res habet, vt ais, o Socrates. Verumtamen priſcos homines præferre ſemper recentioribus conſueui, vt & viuentium inuidiam, & defunctorum indignationem vitarem. Soc. Probè. *O Hippia, & ſentire, & loqui mihi videris.* Hæc ille, apertè docens recentiorum ingenia meritò poſſe antiquorum comparari: quæ de Philoſophis Chriſtianis, ſi cōferantur ethnicis & maximè illis, qui Chriſtum naſcentem præcurrerunt, iure ſane optimo affirmari debent; nam gratiam etiam in naturalibus naturam perficere communiter *S. Patres* docent, ac Theologi cum D. Th. 2. 2. Quare non immeritò Hieronym. ep. ad Pamachium docet, *Si amaueris mulierem alienigenam, hoc eſt ſcientiam ſæcularem gentilium, reſeca eius capillos, & vngues laua:* imò D. Aug. 2. de Doct. Chr. *ſi quid boni gentiles dixerunt, auferendum eſſe ab ijs, tamquam*

ab

ab iniuſtis poſſeſſoribus tradit. Neq; etiam quod hæc tibi forſan noua videantnr, vel aliqua forſan tibi non placeant, ideò falſa putes ne ſis vel in eorum numero, quos *Horatius* coarguit acriter ep. I. lib. 2.

Aut quia nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt,
Aut quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, Senes perdenda fateri.

vel inter eos recenſearis, de quibus Poeta Comicus *Terentius in Adelp.*

Homine imperito nunquam quidquam iniuſtius,
Qui niſi quod ipſe facit (vel tenet) nihil rectū putat.

Philoſophus communem hominum conditionem ſequi non debet; *Homines autem*, inquit Theodoretus Epiſcopus Cyrenenſis initio vitæ B. Simeonis, *ea quæ de alijs dicuntur natura ſua metiri conſueuerunt, & quæ ſibi facilia factu* (adde dictu) *putat, æquo animo accipit, ſupra ea veluti ficta pro falſis ducit.*

Laus Deo, Beatæque Virgini, ac B. Aloyſio Academiæ Deformatorum Patrono.

INDEX EORVM quæ in primis quinque continentur Partibus.

Æ Stimatiua potentia. car. 108.

Abſoluti Philoſophi quinam 93.

Academici Philoſophi 125.

Analitica methodus 112.

Antiqui Philoſophi errauerunt 43. 64. 123. 128. cæteris paribus eorum ſententia magis amplectenda 49. illis gratiæ habendæ 39.

Appetitus duplex 109.

Arguentis leges propriæ 28.

Argumenta omnia contra fidem ſunt ſolubilia 61. ſunt erroneæ rationes ibidem.

Ariſtoteles non diſcuſſit multa 121. in pluribus errauit a 123. vſque ad 127. multa ab alijs accepit 127. cur Phyloſophorum Princeps ab Acad. Catholicis electus 144. 145. rationes ſæpe affert probabiles 140. eius Phyſica non eſt in vigore ſcientiæ 66. doctrina non euidenter vera 136. illi antiqui Eccleſiæ Patres infenſi 119. 126. laudatur tamen 143. quinam ſint eius libri non eſt euidens 140. eius mens non poteſt euidenter ſciri 143. quo modo indaganda 147.

non

non ſibi tanquam oraculo credi vult 136. exemplo ſuo docet nouas opiniones ſuiſque contrarias amplecti poſſe 51. 134. eius fautores quinam ſint 115. 121. 152. 153. quinam illi infenſi 121. 115. 154. eius auctoritas multi facienda, vſque ad aras tamen 145. 146 cæteris paribus eius opinio magis amplectenda 146. eius librorum intelligentia vtilis 145. quos amet auditores 134. Vide Interp. & Perip.
Auctoritas humana rationi poſt habenda 9. 47. argumentum probabile tantum facit. 37. 137.
Aueroes notatur 120. 128.
S. Auguſtini modeſtia 135.
Caſtitas amanda a Philoſopho 8.
Cauſæ cur vituperentur recentes opiniones 58.
Cogitatiua potentia 108.
Communes ſententiæ cæteris paribus magis amplectendæ 49. communes definitiones recipiendæ 71. communis hominum ſenſus, vbi nil obſtat, amplectendus 48. 70.
Compoſitiua methodus 111.
Connotatiſtæ Philoſophi. 87. 92.
Defendentis leges propriæ à 30. vſque ad 37.
Demonſtrationes paucæ in Phyloſophia 64.
Diſputatio amplectenda 11. eius fructus 55 eius
le-

leges propriæ a 23. vſque ad 28.
Dominicus Bagnez Thomiſta laudatur 43. 50.
Entitas ſimpliciter 88. ſecundum quid ibidem.
Entiū multiplicitas laudatur a c. 95. vſque ad 107.
Experientiæ maxima ratio habenda 47. 48. 69.
Fides Catholica non tradit principia, vel concluſiones veræ Philoſophiæ, ac lumini naturali repugnantes 9. 61. 67. 86. multa Philoſophos docuit 83. omnibus a Phil. præferenda 9. 48. eius ratio maximè habenda in nouæ ſententiæ prolatione 57. quod docet eſt humano intellectui conform. 82. Vide Phil.
Fides quando alteri adhibenda 13.
Formales Philoſophi 87. 89.
Formalitas quid 89. quotuplex 90.
Imaginatio 108.
Ingenia non ſemper vni obliganda ſententiæ Phil. a 49. vſque ad 56. recentiora non poſthabenda antiquioribus 50. 153. Chriſtiana Ethnicis conferenda 121. imò & præferenda 146. 262.
Intellectus duplex 97. 109. eius vis 67. 147. falſo aſſentiri nequit 55.
Interpretes Ariſt. antiqui 128. recentiores nonnulli recenſentur a 129. vſque ad 134. cautè legendi nonnulli 128. quinam magis amplectendi 15.

15.128.131.132.154. *qui Ariſt. contra fidei principia interpretantur illi iniurioſi* 81.121.
Ioannes Cottunius laudatur 127. 141.
Ionica ſecta 124.
Libri Acroamatici, & Exoterici 141. *librorum*.
Lectio multorum vitanda Phil. tyroni 16. *quinam libri inter cæteros illi vtiles* 15. *aliqui cautè legẽdi* 81.82. *qua ratione aliqui legẽdi.* 128. 129.
Malitia aliquorum phil. notatur 61.86.87.
Materiæ primæ demonſtratio Ariſt. ab aliquibus nõ admittitur 66. 67. *iuxta aliquos habet plures potentias diſtinctas a ſubſtantia* 98.
Modeſtia a defẽdẽte, & arguẽte amãda 23. *in afferẽdis antiquiorũ ſententijs* 40.41. *S. Aug.* 135.
Modus, ſiue modalis entitas 88. 89. 90.
Nominales Phyloſophi 78. 87.92.
Nouitas non ſemper reprehenſibilis 58. *imò eſt laudabilis* 45.52. 136. *quænam reprehenſibilis* 58. *cur nouarum opinionum auctores damnentur a nonnullis* 58.59.263. *nõ ſemper quę dicitur noua eſt poſitiuè noua* 56. 57. *Vide voces*
Omnipotentiæ diuinæ quanta ratio a Philoſopho habenda 64.
Opinio antiquior non eo ipſo vera 43. *noua non eo ipſo falſa* 43. *poteſt eſſe probabilis, imò probabi-*

lior antiqua 38. 49. opiniones quęnam reprobãda 57. 58. non ſecundum ſe eſt probabilior quam plures ſequuntur 38. 71. in eligenda opinione quinam modus amplectendas 137. opinionum varietatem Eccleſia amplectitur 53. 74. ex opin. varietate multæ vtilitates a 73. ad 75. ex opin. cõtrariarũ notitia vtilitates a 75. ad 78.
Oppoſita eadem ſcientia agitat 77. 78.
S. Patres quanti a Phil. æſtimandi 62. 63. infenſi c Ariſt. 118. 119. 126. ethnicis præferendi cæteris paribus etiam in Philoſophicis 63. eorum doctrina magis approbãda, quã Ariſt. 118. 146.
Peripatetica ſecta cur ſic appellata 127. non eſt Pythagoreorum 13. 134. inter cæteras Phil. ſectas magis amplectenda 81. 144.
Peripatetici vetriqui nam 134. & a 152. ad 155.
Phantaſia 108.
Philoſophi aliqui antiqui enumerantur a 124. recentiores aliqui a c. 129. quinam magis amplectendi 69. 106. antiquiores cæteris paribus præferendi recentioribus 49. antiquioribus etiamſi errauerint gratiæ habendæ 39.
Philoſophus non Theologus cautè legendus, & audiendus 81. 82. 83. mutilam tradere Phil. 83. 84. 85. expedit vt Philoſophiæ Doctor ſit Theologię

logię

logiæ peritus 57. 82. Phil. Doctor tenetur ſolvere argumenta, quæ fiunt, factaque ſunt contra fidei principia 61.
Philoſophia tradens principia fidei diſſona eſt falſa 10. non eſt Philoſophia 61. ſed æquiuocè tantùm 86. & ſophyſtica 82. huius artis doctores humani generis hoſtes 82. maxima inferunt damna Eccleſiæ 120.
Philoſophiæ initia recenſentur a 107. ad 117. eius iucunditas 11.
Principia communia quomodo admittenda 71. Ariſt. principia quomodo intelligenda ut plurimum 70.
Probabilis opinio quæ 38. eſt bonũ intellectus 147.
Pythagorica ſecta 125.
Raphael Auerſa laudatur 15. 150.
Reales Philoſophi 82. magis amplectendi 106.
Religioſi Phil. laudantur, & aliqui recenſentur a 130. ad 133.
Sacræ Scripturæ laus 146.
Sancti a Phil. implorandi 7. 8. 17.
Scotiſtica ſcola 78. 87.
Scolæ quatuor Phil. præcipuæ 78.
Scientijs ſemper aliquid additur 43. 43. 46.
Sæculares Philoſophi laudantur 127. 141. 154.
S 2 Sen-

Senſus iudicium aliquando omittendum 69.
Senſus communis 107. ſenſus interiores enumerantur a 107. ad 110.
Seruitus tyrannica, & ingenua quæ 53.
Soc. Ieſu Philoſophi inter ſe oppoſiti 78 79. aliqui enumerantur 131. 132. interpretes aliqui textus Ariſt. recenſentur 132.
Stoici Philoſophi 124.
Studium Phil. tyronis priuatum quale eſſe debeat a 17. ad 23, quotidianum eſſe debet 14.
Subſtantia quo modo a Philoſopho inuenta 110. ſpiritualis quo modo a 113. ad 116.
Textus Ariſtotelicus multi faciendus 145. qua ratione eius ſenſus eruendus a 147. ad 152. eius explanatores nonnulli 127. 128. 132.
Thales Mileſius 124.
Theolog. peritus debet eſſe Phil. doctor 57. 82. 83.
Theologi multa addiderunt morali Phil. 203.
Thomiſtica ſcola 78. 87. laudatur 106.
Tyronis Phil. præcepta peculiariter recenſentur a 7. ad 23.
Veritas vnica eſt 9. finis Philoſophiæ 61. eſt intellectus bonum 82. a defendente, & arguente quærenda 26.
Vituperatores aliorum notantur 41.

Voces

Voces communes admittendæ 91.106. nouæ excogitari queunt 106.261.

Index diſtinctionum, ac Vocum Præcipuarum quæ in ſexta Parte continentur.

A *Parte rei, Per intellectum, Realiter, Apparenter 156.*
Abſolutè, facta aliqua ſuppoſitione 159.
Abſtractiua cognitio, Intuitiua, Quidditatiua, & Comprehenſiua 167.
Actu, & Potentia 161 In actu ſignato, in actu exercito 160. In actu primo, in actu ſecun. 162.
Actus immanens, actus tranſiens 163. informans, aſſiſtens. 165.
Adæquatè, Inadæquatè 158.
Antecedenter, conſequenter, ſeu Interpretatiuè, & formaliter 165.
Appetitus Innatus, & Elicitus 168.
Cauſa, conditio 170 cauſa Materialis, Formalis Intrinſeca, Formalis Extrinſeca, Efficiēs, Idealis, ac Finalis 243. moralis, & Phyſica 246. cōpleta incōpleta 218. Principalis, & Inſtumētalis 249. Per ſe, & per accidens 248. Totalis, ac Partialis 217. Vniuoca, Aequiuoca, Eminentialis 193.
Comparatiuè, & abſolutè, ſiue ſimpliciter 238.
Cognitio comparatiua 250. reflexa preſſè & latè 251.

Compoſitum,& ſimplex 171.
Definitiuè, circumſcriptiuè 259.
Denominatio Intrinſeca & Extrinſeca 176.
Directè, Indirectè 253.
Diſtinctum a parte rei, Diuiſum, Diſſimile, ac Differens 172. *diſtinctio Rationis Ratiocinantis, et Rationis Ratiocinatæ* 175.
Diſtributiuè, Collectiuè 175.
Eductio 232. *Ens multipliciter dicitur* 179. 180.
Effectiuè, ſubiectiuè, Inhæſiuè, obiectiuè 185.
Ens rationis, ens reale 183.
Eſſentia, exiſtentia 181.
Eſſentialiter, Accidentaliter 182.
Explicitè, Implicitè 197.
Formaliter, ac Realiter, ſiue ex natura rei: Formaliter a parte rei, & per intellectum 186. 94. 95.
Formaliter Aequiualenter 192.
Formaliter, & Arguitiuè, ſiuè Præſuppoſitiuè 196.
Formaliter, & Cauſaliter 189.
Formaliter, & Concomitanter 188.
Formaliter, ac Denominatiuè 187.
Formaliter, Efficienter 189.
Formaliter, Idemticè 191.
Formaliter &c. Implicitè 197.
Formaliter, Materialiter 195.

For-

Digitized by Google

Formaliter, & Radicaliter, ſeu Fundamentaliter 190.
Formaliter, ac Terminatiuè 197.
Formaliter, Virtualiter, & Eminenter 193.
Futurum abſolutè, futurum ſub conditione 195.
Generatio, mutatio, conuerſio, creatio 231.
Habitus 195. *Homogenea, Heterogenea* 250.
Includens, Incluſum 215.
Infinitum Cathegorematicum, & Syncathegorem 249. *Intētionaliter primo ſiue materialiter, intentionaliter ſecundo, ſiue formaliter* 253.
Intenſiuè, extenſiuè 224.
Intentio obiectiua, & formalis 250.
Id quo, Id quod 208.
Libertas contradictionis, & contrarietatis 203.
Libertas Phyſica, & moralis 102.
Materia ex qua, In qua, Circa quam 235.
Mediatè, Immediatè 216.
Motus Alterationis, Augmentationis, Lationis, Rarefactionis, & Condenſationis, 212. 213.
Naturale, ſupernaturale, artificiale, liberum, &c. 228.
Neceſſitas Antecedens, neceſ. Conſequens 200. *quoad exercitium, quoad ſpeciem* 199. *phyſica, & moralis* 201.

Ne-

Neceſſarium ſimpliciter, & ſecundum quid 199.
Notum ſecundum nos, & ſecundum naturam 210.
Obiectũ vniuerſalitatis, obiectũ Attributionis principale, minus principale 252. 253 *In ratione obiecti, in ratione rei* 237. *mater. et form.* 253.
Per ſe, Per Accidens 240.
Poſitiuè, negatiuè 204.
Potentia naturalis, & obedientialis 227.
Potentia ſimultatis, ſimultas Potentiæ 203.
Potentia Intentionalis, ac Phyſica 216.
Cognitio Practica, & ſpeculatiua 250.
Præciſiuè, Poſitiuè 205.
Propriè, Impropriè 225.
Proximè, Remotè 254.
Reduplicatiuè, ſpecificatiuè 206.
Scientia Practica, & ſpeculatiua 255.
Simpliciter, ſecundum quid 256.
Species ſenſibiles, ac Intelligibiles 239.
Strictè, ſeu Preſſè, latè, latiſſimè 226.
Quoad ſubſtantiam, quoad modum 227.
Terminus a quo, et ad quem 236. *poſitiuus, priuatiuus, ac negatiuus ibidem. terminus poſitiuus, ac negatiuus* 238.
Totalis, ac partialis forma 226.
Totum, totaliter 219. *totum eſſentiale, Integrale,*

le, Potentiale, Vniuerſale, Accidentale 121.
Tranſitiuè, Intranſitiuè 208.
Vbi intrinſecum, et extrinſecum 214.
Virtus moralis, et Intellectualis 253. *quotuplex* 254.255.
Vitalis, non Vitalis 215.
Vt ſic 210. *Vt quo vt quod* 208.

FINIS.

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.

MEmineris Lector diſtinctiones aliquas omiſſas; neque enim omnes, ſed perciuas ā.ùm meis euulgare typis Academię Deformatorum Magiſtratus conſilium fuit. Memineris quoque in hoc Libello multa iuxta ſententiam, cui adhæret Deformatorum Academia, affirmari: multa etiam in hoc Libello deſiderari poſſe. Verum animaduertas non ſtatim *Flores in fructus erudiri*, vt loquitur Tertullianus; neq, illico Ignis virtute *FERRVM VERTI IN AVRVM.*

Vale.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Die S. Iulio Pontifici & Martiri Dicata.

Ex Typographia Camerali.

Errata ſic corrige. Primi caracteres paginam, ſecundi paginæ verſum, tertij erratum, quarti correctionem indicant.

15. 12. animis *annis* 17. 18. receſſioribus *recentioribus* 26. 23. ep. 74. *ep.* 174. 25. 21. ſci ntiæ, quæ *ſcientia, qua* 32. 2. neget, prop. *neget. prop.* 38. 5. Arias *Arrianos.* 41. 24. apetè *aptè.* 43. 10. hom nes *homines.* 45. 1. & 2. affirmant. *affirmat.* ibidem 22. damnari. *damnare.* 47. 19. 2. Poſt. 1. *Poſt* 48. 19. eſſe *Sit.* 49. 12. ſententiam. *ſententia.* 56. 5. finem ? *finem.* ibidem 9. euolendis *euoluendis.* 69. 16. ſenſum. *ſenſuum.* 74. 10. opinienes *opiniones.* 77. 4. eas *vtraſque.* 81. 2. paucos. Adde *modò.* 82. 1. in fine adde, *quos hi ſolent ſequi.* 85. 21. ſolenter. *ſolerter.* 120. 12. Ariſtotele. *Ariſtotelem.* 123. 24. homine *hominem.* 124. 1. ſcientis *ſcienti.* ibidem 4. peccab:it *peccabit:* 127. 10. & 19. *&* 29. 130. 20. Diui *Dertho.* 161. 15. cauſa *cauſas.* 169. 1. tendit. *tendunt.* 180. 2. determinantia. *determinantes.* 182. 24. poteſt *poſſit.* 190. producit. *producunt.* 191. 12. remotè: ſun: *remotè ſund.* ibidem 21. cariat *careat.* 197. 14. genito formaliter. *genito, formaliter.* 199. 14. elicere, concl. *elicere concl.* 202. 15. habet. *non habet.* ibidem 18. non poteſt non. *non tenetur.* 204. 16 ſibi debitas. ſibi *debita.* 209. 8. Vd quod *vt quod.* 211. materiales materia. *materiales. materia.* 214. 23. quod eſt: *qui eſt.* 215. 15. Vitali. *Vitalis.* 218. 14. ex *eſſe* 220. cognoſcat. *cognoſcant.* 231. 2. ſumit. *ſumitur,* ibidem 8. diceretur. *dicitur.* 234. 1. itaque vt: *ita vt.* 238. 8. habaet *habeat.* ibidem 14 ſactualitas. *actualitas.* 239. cõparitione. *cõparatione.* 245. 10. principiũ. *principium.* 216. 14. cęteraiũ *eductio* 249 fortuit. *fortuiti.* 260. 7. diſd. *diſp.* 263. 18. ſibi adde *Quiſqꝫ*

Cætera lector ſapiens, ac beneuolus corriget per ſe ipſum

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google